

VERSUS 28.

Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam pro multis.

1. — Ne autem, quo minus hactenus inculcata crederent, ullam prætere rationem, semetipsum omnibus in exemplum proponere non dedignatur. Unde S. Anselmus ait: « Proponit exemplum, « ut si dicta parvi penderent, ad opera saltem erudescerent, dicens: *Sicut Filius hominis, etc.* »

2. — S. Thomas hic opponit hisce verbis Domini et dicit, qua ratione Dominus dicit, se non venisse, ut sibi ministraretur, cum tamen idem Evangelista de Christo scribat: *Accesserunt Angeli et ministrabant ei.* Joannes quoque in Evangelii sui capite XII, eum a sancta Martha varia accepisse obsequia et ministeria scribit: *Martha ministrabat ei.* Respondet autem paulo post, quod, « licet ei ministratum fuerit, non tamen ad hoc venit; ad quid igitur? « ut ipse ministraret, id est, ut abundantiam gloriæ aliis impenderet. » *Luc.*, XXI, 27: *Ego sum in medio vestrum sicut qui ministrat.* Querat fortasse aliquis vestrum, inquit S. Doctor: An Christus servus dici possit, qui revera Dominus est. Et respondet: « Ita; servus enim dicitur, qui accipitur in pretium, et ipse fecit se pretium, et dedit se in redemptionem pro multis. » Observat item, Chris-

tum non dixisse: « Pro omnibus, sed pro multis, « quia quantum ad sufficientiam pro omnibus, quantum vero ad efficientiam pro multis, scilicet pro electis. »

3. — S. Thomas de Villanova, *Serm. de Annunt.*, ingeniosam quandam circa incarnationem Filii Dei considerationem habet, huic nostro proposito non admodum incongruam; observat enim, Filium Dei tunc præcise conceptum fuisse, quando ejus sanctissima Mater se servam et ancillam nuncupavit, dicens: *Ece ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Circa quæ verba præfatus Archiepiscopus ita loquitur: « Grandi mysterio, altissimoque Deitati instinctu conceptura Deum, sui meminit ancillatus, ut orientem a se Filium, mundi obsequio manciparet. »

4. — Cajetanus ex prædictis Evangelii verbis, Prelatos Ecclesiasticos servilio spirituali destinatos esse colligit: « Hic apparet, quod de ministerio in spiritualibus statuit magnates Ecclesiasticos ministrare, sicut ipse Jesus venit, ut ministraret spiritualia corporali exercitio et fatione interveniente, prædicando, discurrendo per civitates et castella. » Ipsemet Christi in terris Vicarius, Servus Servorum appellatur, ad denotandum, quod quanto sublimior est gubernantis et præsentis dignitas, tanto profundior esse debeat eorum humilitas.

FERIA QUINTA POST SECUNDAM DOMINICAM QUADRAGESIMÆ

EVANGELIUM LUCE, CAP. XVI, VERS. 19

19. Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendide.

20. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus ulceribus plenus.

21. Cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa divitis, et nemo illi dabat; sed et canes veniebant, et lingebant ulcera ejus.

22. Factum est autem, ut moreretur mendicus, et portaretur ab Angelis in sinum Abrahamæ, mortuus est autem et dives, et sepultus est in inferno.

23. Elevans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe et Lazarum in sinu ejus.

24. Et ipse clamans, dixit: Pater Abraham miserere mei, et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, et refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.

25. Et dixit illi Abraham: Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala, nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.

26. Et in his omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est, ut hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transire.

27. Et ait: Rogo ergo te Pater, ut mittas eum in domum Patris mei.

28. Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum.

29. Et ait illi Abraham: Habent Moysen et Prophetas, audiant illos.

30. At ille dixit: Non Pater Abraham; sed si quis ex mortuis ierit ad eos, penitentiam agent.

31. Ait autem illi: Si Moysen et Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

VERSUS 19.

Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendide.

Homo quidam.

1. — S. Bonaventura hic, S. Ambrosius in Catona et alii, hujus Evangelii seriem non parabolam, sed veram historiam et revera factum eventum fuisse crediderunt; cujus indicium esse dicunt, quod Lazarus proprio suo nomine appellatur. Dionysius Carthusianus in ea est opinione, divitem hunc reprobum fuisse Nabal, qui Davidi insultavit, eumque indigne tractavit.

2. — Euthymius rationem reddit, cur divitis nomen non exprimat, dum ait: « Divitis quidem nomen non edidit, utpote odio digni; scriptum est enim, *Psal.* xv, 4: *Nec memorem nominum eorum per labia mea.* » Idem quoque ex Hobarum traditione refert; quod in eo seculo, quo ambo vixerunt, dives appellatus fuerit Ninensis, pauper vero Lazarus dictus fuerit, Christumque post amorum mortem de iis, quæ vere inter utrumque acciderunt, præsentem composuisse parabolam. Lucas Brugensis scribit: « Nullus narrare potuit præter Christum, cui soli res alterius sæculi notæ fuerunt. »

3. — Albertus Magnus tres rationes, cur nomen divitis expressum non fuerit, assignat. Prima est: « Ad innuendum, quod divites apud Deum sunt ignoti. » Secunda, ad denolandam, Deum modo quodam, mundi legibus contrario, procedere, mundus enim neminem ex nomine agnoscere, aut magnificare solet, præterquam sæculi istius magnates. Tertia, quia divites solum solliciti sunt, ut ab hominibus magnificentur et noseantur ex nomine, nihil facientes, quod a Deo estimetur, aut apud illum ex nomine famosi et magnifici existant: « In hoc mundo nomen acquirentes, apud Deum perierunt. *Psal.* XLV, 12: *Vocaverunt nomina sua in terris suis.* » Quarta ratio magis est propria, quia putrescit in manibus eorum, in quo nominari querunt: *Ut lutum plutearum delebo eos.* *Psal.* xvi, 43.

4. — Hugo Cardinalis ideo Evangelistam divitis nomen non expressisse dicit, ut inde intelligamus: « Quod divites nomen suum, quod hic habuerunt, amittent et pauperes invenient. *Prov.*, x, 7: *Moria justi cum laudibus, nomen impiorum patres est.* »

5. — Didaens Stella id ex morali quodam motivo

factum fuisse dicit: cum enim scandala et vitia, propter quæ in inferno sepeliendus erat, referenda essent, prudenter illum ex nomine non appellavit: « In quo docet, ne, quotiescumque vitia alicujus narramus, auctorem nominemus, ne aliqua infamia inde illi sequatur. »

Erat dives.

6. — Christus Dominus, ut Beda advertit, ideo hoc factum narrat, quia paulo ante divites hisce verbis, *Luc.*, xvi, 9, monerat: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula, quod audientes Pharisei deridebant;* ideoque hactenus a se dicta hoc exemplo confirmare voluit. Idem quoque Beda diffuse et post ipsum Lyranus parabola vel historie hujus sensum exponunt allegoricum, dum in divite populum Judaicum, in Lazaro vero populum gentilem significari dicunt.

7. — Hugo Cardinalis, Christum de hoc divite in tempore præterito imperfecto loqui observat: « Erat; quia talis, qui non est finaliter bonus, imperfecte est dives, quia ejus divitiæ prætereunt et pereunt. » Porro Deus huic quidem diviti amplissimas concesserat divitias, non tamen ut ad illas velut ad scopulum alidens, in fundum usque inferni naufragaretur, sed ut illis virtuose utendo, salutem sibi acquireret; ac proinde, ut ad id faciendum, promptam occasionem haberet, extremam mendici Lazari necessitatem, ei incessanter ob oculos statnerat, ut illum videns, ad intimam erga illum moveretur compassionem. Indam avaritiæ deditum esse videbat et tamen loculos eidem concredebat, non ut illis tanquam vitii illius fomento uteretur, sed ut Chrysostomus, *Hom.* LXV in *Jo.*, ait: « Ut omnem tolleret perditionis materiam. » Opportunum valde est in hoc proposito illud Theodoretus, *l. VI de Provid.*, monitum: « Apertissimum defensionis campum habent malitiæ operarii, si in hac vita divitiarum thesauri solis justis Judex ille distribuisset. »

8. — S. Bonaventura hic ait: « Dives dicitur non solum propter divitiarum possessionem, sed propter eorum dilectionem, ratione ejus dicitur: *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem et in laqueum diaboli.* » Chrysologus, *Serm.* cxxii, ait: « Dives, sed crimine, non censu, non substantia, sed reatu. » Hugo Cardinalis in hoc proposito scribens, diviti huic non possessionem ad delictum imputatam fuisse dicit, sed effrenam et inordinatam divitiarum cupiditatem, adducitque ad id confir-

mandum illum textum Jobi, xxxviii, 5: *Deus potentes non abicit, cum et ipse sit potens*; et quidem hic noster dives tanto poterat esse inculpabilior, quia non per male acquisita opulentus factus aut locupletatus fuerat. Unde Lucas Brugensis dicit, quod fuerit « Dives de suo, » quod habet August., *Serm. xix de verb. Apost., cap. xi*, « non enim accu- « satur rapinae, furti, aut alterius injustitiæ. »

Qui induebatur purpura.

9. — Venerab. Beda se graviter opponit illis, qui vestes pomposas, nimisque pretiosas ferre, ab omni peccato excusare nituntur: « Quodsi videlicet culpa « non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilanter « exprimeret, quod dives, qui torquetur apud infe- « ros, purpura et bysso indutus fuisset; » hanc porro purpuram, ut Interlinearis asserit, ostentationis causa portabat: « Hoc nisi ad inanem glo- « riam; » et Dionysius Carthusianus ait: « Qua « vestiebatur exterius ad ostentationem inanem. » Porro habitus pomposi oculos et obtutus profano- rum et lascivorum post se trahere solent, Apoc., xvii, 4: *Et mulier erat circumdata purpura et cocco, et aurata auro*; advertendum est autem, quod per hanc vestium pretiositatem, tenacissimus qui- dem libidinis visus injectus erat: *Habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione et immunditia fornicationis ejus*, hancque in fronte adixam inscriptionem circumferabat: *Babylon magna mater fornicationum*.

10. — Luxus vestium, qui in hoc divite militabat, in eo consistebat, quod scilicet supra statum et conditionem suam, vestium ornatus usus fuerit. Unde Cajetanus ait: « Peccatum luxus in immode- « rato vestitu exteriori significatur. Purpura enim « Regum, non conjunctumque divitis est. Byssus lini « mollissimi genus, Reginarum deliciis forte commo- « dum, non cuiusquam diviti. » Præterquam quod S. Bonaventura hunc vestium luxum ex alio quodam capite censura dignum existimet: « Quia valde « absurdum est putridum cadaver pretiosa veste « ornari, unde possent multi pauperes sustentari, « excusatur autem hoc ratione dignitatis persone. » Nazianzenus, *Orat. iii*, de purpura diffuse tractat, atque inter alia ita scribit: « Hic quidem purpura « flos vobis quidem malis imperatoribus superbiam, « pauperibus autem lectum conciliare invenitur. » Et ratio est, quia Magnates per sanguinem et sudorem pauperum in immoderatis pompis suis excedere solent. Et quidem tametsi de hoc divite non constat, quod divitias suas per iniquas extorsiones et pauperum oppressiones congregavit; hoc tamen de illo hodiernum testatur Evangelium, quod pauperes fame mori et interire permisit; et ideo ejus quoque purpuram sanguine tinctam rutilasse dicere possumus; quia trita est illa S. Ambrosii sententia: « Si non pavisti, occidisti. » S. Bonaventura citat

quoque S. Hieronymum dicentem: « Aliena rapere « convincitur, qui temporalia ultra necessitatem « habere comprobatur. » Hic dives pompose se ornando, pauperem ad limen domus suæ nudum jacentem toto corpore tremere fecit et rigidam nimis etiam micarum panis rationem habens, eamdem misero Lazaro, præ fame et nuditate morienti inamiti animo negabat; de hisce *Job., xxv, 7*, scribit: *Nudos dimittunt homines, indumento tollentes; quibus non est operimentum in frigore, quos imbres montium rigant*. Cajetanus ait: « Nuditatis Lazari « describitur ex hoc, quod canes lingebant ulcera « ejus. » Divites supra vires facultatum suarum et supra statum suum ita in pompis vestium excedere volunt, ut permittere necessario debeant perire pauperes. S. Ambrosius, *lib. de Nabor., c. xiii*, ait: « Parietes vestitis auro, homines denudatis, clamat « homo nudus et tu sollicitus es, quibus marmo- « ribus vestimenta vestias; pecuniam pauper querit « et non habet, et equus tuus aurum sub dentibus « mandit. » Enimvero non quidem muros candido aut variegato marmore contingere et exornare prohibemur; indignum tamen est, ut, dum adeo de muris contegendis sollicitus es, Christum in paupere, præ nimio frigore et gelu tremere et ex fame interire permittas; verum quidem est, quod mulier illa fortis, cujus Sapiens meminit, superbe vestita fuisse, *Prov., xxxi, 22*, legatur: *Stragulam vestem fecit sibi, byssus, et purpura indumentum ejus*, attamen Spiritus Sanctus post hæc verba immoderate subjungit: *Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terra*; unde purpura illa status et dignitatis ejus sublimitati et excellentiæ debebatur, et tamen inter hæc pompas, quam prodigam erga pauperes charitatem exereverit, ex sequentibus verbis audite: *Manum suam operuit inopi et palmam suam extendit ad pauperes*.

11. — Hugo Cardinalis ad moralem sensum descendens, ait: « Purpuram et byssum nominat « Dominus, non solum quia delicata et sumptuosa « sunt, sed propter latens mysterium; purpura « enim sanguine tingitur et significat beneficia « Ecclesiastica, Christi sanguine comparata, vel de « sudore pauperum acquisita, multi enim ea, unde « pauperes debent vivere, ponunt in vestibus suis « pretiosas. » Albertus Magnus super hæc verba scribens, parum ab illa Hugonis consideratione differt; dicit enim: « Quidam enim sunt, qui pur- « pura sanguinis Christi vestiuntur, et in ministerio « sacerdotali vel clericali, et bysso castitatis ejus- « dem; » sed quid sequitur: « Inde gloriantes, « contemnunt pauperes et non compatiuntur « eis. »

12. — S. Antonius de Padua, *Serm. in hoc fer.*, optime explicat, quinam sint illi, qui in perniciem pauperum, purpura se vestiunt, dum ait: « O quot « induuntur hodie purpura, panno scilicet infincto

« sudore et sanguine pauperis, quia induuntur « rapina, furto, usura, illicito luero. »

Et bysso.

13. — Byssus genus quoddam lini subtilissimi et supra modum candidi erat, de qua Hugo Cardinalis ita scribit: « Mollitiam carnis notat byssus, « genus lini candidissimi quod juxta carnem habe- « tur. » Quia vero delicata hæc byssi mollities sæpe causa est, cur caro recalcetret seque spiritui opponat, ideo idem Doctor subjungit: « Candor byssi « convertetur in obscuritatem abyssi; nunc vestium « tur bysso, hunc vestiuntur abyso. » Porro supra- « Ecclesiastica Hierarchiæ Principes, purpura et bysso vestiri quotidie videmus; quodnam vero in eo vestium genere lateat mysterium, Albertus Magnus, præceptum Dei, quo purpura et byssus in vestem sacerdotalem adhiberi jubetur, recolens, hisce verbis exponit: « Quod Prælati dives debet « ista habere indumenta, ut per purpuram congruat « Passioni, et per byssum continentie Christi. »

Et epulabatur quotidie splendide.

14. — Tametsi is, qui ventrem lautis cibis nutrit a Theologis moralibus, non adeo facile peccati mortalis condemnatur, nihilominus, ut S. Basilus bene advertit: « Corpus bene saginatum, et « anima illi immersa proclivis fit ad peccandum. » Et quidem quod peccatum luxuriæ attingit, dicit S. Bonaventura: « Ecce voracitas, quæ ut plurimum « habet luxuriam adjunctam. *Jacob., v, 5*: *Epulati « estis super terram et in luxuriis entrastis corda « vestra.* » S. Gregorius dicit: « Pene semper epulas « comitatur voluptas. » Dionysius Carthusianus, *ibid.*, addit, quod omnibus aliis peccatis aditum patefaciat: « Ex qua, » inquit, « luxuria, aecidia et « alia varia consequuntur peccata. » S. Joannes Climacus, *in scula gr. xiv*, ait: « Princeps est dæmo- « num, qui cecidit Lucifer, et princeps vitiorum « concupiscentia gula. » In quibus verbis notan- dum est verbum *concupiscentia*, quia non tam cibis quam immoderatis illius appetitus est, qui nos condemnat. Unde S. Gregorius, *lib. III mor., cap. xi*, ait: « Neque enim cibis, sed appetitus in vilio « est. » Sunt nonnulli crapulones, de quibus dici potest, quod eorum *animus in patinis sit*, qui, quidquid student, quidquid cogitant, quidquid operantur aut moluntur, totum eo duntaxat referunt, ut novas inveniant gulae promovende inventiones. Dives evangelicus non solum semel, aut iterum, sed *quotidie* epulabatur; Cajetanus autem dicit: « Con- « gruit quandoque epulari; sed quotidie nimis est. » Et ideo Dionysius Carthusianus ait, quod erat « Gulam in consuetudinem vertens. » Hanc autem ejus intemperantiam, Theophylactus inter alios vivacissime exprimit, dicens: « Non nunc tantum, « et postea non, sed quotidie, et non mediocriter,

« sed splendide, hoc est sumptuose, et prodiga- « liter. »

Splendide.

15. — Id est, inquit, Lucas Brugensis: « Ita ut « epulis ipsius nihil jucunditatis deesset; non sani- « las, non consortium, non colloquia, non musica; « splendidos, magnificosque apparatus, sive cibo- « rum pretia, condimenta et varietates, sive vino- « rum præstantiam, sive vasorum ex argento et « auro, totiusque suppellectilis splendorem spectes. » Dionysius Carthusianus ait: « Delicate, crapulose, « superflue, pompose, excedendo in ciborum et « potuum multiplici varietate, exquisita prepara- « tione, pretiosa consumptione, vasorum ornata « curioso, atque in his assiduo fuit. »

16. — Augustinus Mascardus celebris sæculi nostri orator vitiosam hanc gulae intemperantiam hisce verbis satis emphaticis exaggerat; dicit enim: « Hisce nostris temporibus ad unicum duntaxat « ventrem demulcendum vina ex una regione « transferuntur in aliam, pro unica duntaxat instau- « randa cœna, ex uno et alio mari, ex fluminibus, « torrentibus et lacubus diversis, diversa transve- « huntur piscium peregrinorum genera; fere per « mille sylvas defatigata, sanguine persæpe tin- « guntur eorum, qui cas venantur, ut uni duntaxat « epulonis ori eruentium pendat tributum; at « unius duntaxat palato nimium curioso deservia- « tur, integri ministrorum et coquorum desudant « exercitii, pro unico palmari tantum stomacho « faciendo, altissimi fumant camini, fornascosque « amplissima, feracela feraculis accumulatur in « mensis, sub dapam nimio pondere ingemiscenti- « bus, penuria in vino natant, ipsaque granaria « præ nimia rumpuntur aut certe incurvantur gra- « norum abundantia; et cum unica sylvæ centum « elephantis sustentandis abunde sufficiat, oppor- « tunumque illis præbeat nutrimentum, centum « contra provincie unico duntaxat homini exsa- « turando minime sufficienti. Sileo hic ex industria, « quod per diversa ad inventionem genera hoc « solum procuraretur, ut fames non tam compesca- « tur, quam ut magis magisque ad majorem gulo- « sitatem pruriretur, quod per exquisitas condi- « mentorum species, animalia in alienas quoque « naturas degenerare contendant; sub silentio iti- « dem perfranso, quod ad delectandum unius « hominis palatum, ipsa quoque anni tempora se- « stationes inter se confundantur, dum tempore « effervescentis præ æstu caniculæ et leonis, men- « sas faciunt ex condensatis ex saccharo artificiose « præparatis nivibus et glacie apparere, haud secus « ac si sub polo antarctico, in corde rigidissime « hyemis consisterent. »

17. — Verum enim vero ad propositum nostrum magis deserviet, si consideremus, quod probabilius satis timeri possit, ne forte sola gula causa sit, quod

dives hic epulo sepultus fuerit in inferno; nam ut Cajetanus ait: « Hæc autem non ideo commemorantur, ut significantur peccata esse mortalia » secundum se, sed signa animi, dediti totaliter « vite sensuali; » ac proinde cum gulosi, præter edere et bibere, aliud nihil somniant aut cogitent, animam suam nihil faciunt, imo ipsiusmet Dei ut plurimum obliviscuntur. Sic enim prolaparentes nostri, ut pomum velutim manducare possent, Creatori suo colorum gaudiis et salutis æternæ, libere renuntiarent. Unde Tertullianus, *de jejun.*, ait: « Facilius ventri quam Deo cessit, salutem gulæ vendidit. » Similiter in Deuteronomio, II, 43, dicitur: *Incrassatus, impinguatus dereliquit Deum factorem suum et recessit a Deo salutari suo.* Dives ille, cujus etiam in S. Luca fit mentio, XII, 19, post habitam illam copiosam messem, animam suam ad manducandum et bibendum profusus invitavit, dicens: *Comede, bibe et epulare*, haud dubie enim animam suam haud secus ac fauces, frustum quoddam carnis esse arbitratus fuit, eamque esus et potus, exindeque nascentis delectationis capacem esse credidit. Unde S. Basilus, *Hom. vi in d. av.*, de illo pulchre sic loquitur: « O verba stulta! o dementiam singularem! si porcinam habuisses animam, quid aliud ipsi denuntiare potuisses? At unde hoc? Quia terrena sapis et Deum habes ventrem. » Gulosi solis epulis congerendis student et quia divites sunt, huic suo inordinate appetitui satisfacere possunt, ac proinde ventrem suum loco Dei adorant et colunt, ac tandem ignis æterni esca et pabulum evadunt: *Stulte hoc nocte repetet a te animam tuam.* In vita Magi illius servi Dei Camilli de Lellis, fundatoris clericorum infirmis ministrantium, recensetur, quod dum clerici ejus ad moribundum quemdam confortandum accersiti, multis cum ipso de æterna salute dissererent, ipse in horrendas continuasque blasphemias proruperit, cumque illum penitentiae serice, confessionisque peccatorum instituendæ commouissent sæpius, ipse bonæ ac salutaris instructionis pertasus, uni illorum responderit: *Equid tua refert, si ego ad infernum protradar? Illoque dicto mox expiravit.* Hic autem, prout ejus domesticæ postea retulerunt, gulæ adeo deditus fuit, ut pro unius capreoli condimento decem senta facile exponeret.

VERSUS 20.

Et erat quidam medicus, nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus.

Et erat quidam medicus.

1. — Albertus Magnus distinguit inter hæc duo verba: *Medicus et pauper.* Dicit enim de Lazaro: « Non tantum pauper erat, quia pauper est, non sufficiens sibi, ut dicit Augustinus, sed medicus

« est, qui circuit per ostia, omni auxilio destitutus. » Idem quoque observat, quod medicus communiter elata voce per plateas ad ostia domuum clamitare solet: « Mendicando clamat ad ostia, ut excitet pietatem; » de Lazaro autem non constat quidem, quod clamando, suamque inopiam recommendando, aliis importunus fuerit, idque fortasse, quia ad clamandum vigorem viresque corporis sufficientes non habuerit; at vero tot ipsi lingue erant, quibus suam lamentabat miseriam, aliorumque subsidia implorabat, quot in ulcero illic corpore, ulcera et vulnera, aperta velut ora esse videbantur, quia erat *ulceribus plenus.*

2. — S. Bonaventura durum immite hujus epulonæ cor inde vel maxime arguit, quia solus et unicus Lazarus, ejus compassionem implorabat, non vero multi pauperes: « Aggravatur ex hoc, quod ille pauper erat unicus; » unde dicit quidam Psalmus: *Respice in me et miserere mei, quia unicus et pauper sum ego.* Albertus Magnus ipsum ad aliorum compassionem excitandam altum clamasse existimat: « Si enim taceret, plures essent; non esset adeo admirabilis divitis impietas. »

3. — Hugo Cardinalis, medicum hunc cum divite epulone simul conferens, circa salutis nostræ dispositionem, divinam admiratur providentiam: « Diviti adjungitur pauper, quia uterque alteri confert et uterque a Domino est; voluit enim Dominus alios pauperes, alios divites esse, ut illi sustinendo, isti largiendo proficerent in virtute, » *Prov.*, XXII, 2: *Dives et pauper obtulerunt sibi et utriusque illuminator est Dominus;* Lazarus est pauper, dives est creditor; habebat enim, quod credere posset Lazaro, si vellet. » Utique delicate tenacitatem divitis hujus optime perspectam habebat, ideoque unicuique duntaxat pauperulum hominem ipsi objecit et quidem, qui solis micis de lauta divitis illius mensa cadentibus contentus erat, quia ipsi quoque canibus se postponi patienter sustinebat. At vero idem Doctor S. Bernardum citat, dicentem: « Quantos Lazaros hodie videtis et plus de æquorum phaleris, quam de proximorum miseria cogitatis? » Albertus Magnus nullum se hunc divitem excusandi modum invenire, dicit: « Non nisi unus et unicus erat, » inquit de hoc mendico, « qui et uni et unico non dedit, nunquam ad plures, misericordia motus fuisset. »

NOMINE LAZARUS.

4. — Venerabilis Beda dicit: « Certe in populo plus solent nomina divitum, quam pauperum scribi, quid est ergo, quod Dominus de paupere et divite verbum faciens, nomen pauperis dicit et nomen divitis non dicit, nisi quod Deus homines novit et approbat et superbos ignorat? »

5. — Didaeus Stella, in *Lac.*, inde morale hoc documentum deducit: « Docet præsertim Prælatos,

« ut nomina pauperum sciant et visitent eos et tanquam filios diligant et curam illorum gerant. »

6. — Albertus Magnus se præ cæteris expositioribus latius extendit in ponderandis causis, cur pauperem, non vero divitem ex proprio nomine appellavit: « Cujus nomen novit Dominus propter quinque, quia sunt noti apud eum pauperes, quia ipsos elegit. *Jacob.*, II, 5: *Nomine Deus elegit pauperes divites in fide et hæredes regni, quod reprobi miseri Deum diligentibus se? Secunda ratio, quia paupertatem diligit et humilitatem approbat. Tertia, quia nomina nulla habent in terris et ideo in celis habere merentur. Quarta, quia apud Deum sunt gratia singularis. » S. Bonaventura illum Psalmi XXI, 13, 14, locum adducit: *Parcelet pauperi et inopi et animas pauperum salvos faciet, ex usuris et iniquitate redimet animas eorum et honorabile nomen eorum coram illo.* Quinta, quia in celis et non in terra, omnia merita, per que non mandandi sunt, scriperunt. »*

7. — Porro mysticum hoc nomen esse comperelem si illius ethymologia examinatur, id quod Jansenius nobis hisce verbis insinuat: « Bene quædrat in hunc medicum nomen Lazarus, nam illud significat, ut habet Chrysostomus et Augustinus, eum qui adjutus est, aut potius ad adjutorium, nimirum quia nulla re mundana fretus, ad solum Dei respiceret adjutorium. »

8. — Lucas Brugenis, hunc pauperem notissimum, optimorumque morum fuisse existimat, dum ait: « Nec puto, quod a Christo inter tot pauperes nominaretur, nisi specialis paupertatis et miserie notus fuisset apud homines et specialis meriti apud Deum. »

QUI JACEBAT AD JANUAM EJUS.

9. — Sciens Deus, divites sibi per eleemosynam comparare posse Paradisum, de hujus epulonæ salute sollicitus, miserabilem hunc hominem oculis ejus objecit, ut ad ejus moveretur compassionem, siquidem ipsi quoque canes ejus commiserabantur. Unde Hugo Cardinalis ait: « Jacebat ante januam, » ut dives eum videre posset, exiens et reverens. » Et S. Bonaventura: « Ut jam non posset præ ignorantia excusari, » illumque S. Joannis, I Ep., III, 17, textum adducit, in quo dicitur: *Qui habuerit substantiam hujus mundi et viderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo?* Hugo Cardinalis ait: « Jacebat ante januam, ut dives dicere non posset, non vidi, in angulo fuit, aspiceret non potui. » Lucas Brugenis ideo hunc pauperem ad januam divitis jacuisse existimat, quia hic eum ne quidem intra domum sue vestibulum recipere volebat: « In via quidem publica, nec enim permisisset dives, ut occuparet interius vestibulum domus, quod januam vestiebat. » Hugo Cardinalis divi-

tem hunc non solum pauperi cibum abnuisse dicit: « Sed nec eum videre sustinebat et ideo non permittebat eum jacere intra januam, ne videret eum. » Unde S. Bonaventura illum Jobo et Abraham dissimilium fuisse considerat; siquidem primus sanete de se gloriatur dicens: *Foris non mansi peregrinus, ostium meum visitari potui;* de alio vero scribitur: *Sedebat in ostio tabernaculi, ut statim susciperet peregrinos.*

ULCERIBUS PLENUS.

10. — Valde considerabile est verbum illud, *Jacebat.* Titus Bostrensis, a Luca Brugenis citatus ait: « Jacebat abjectus, neglectus, prostratus, pro nihilo habitus, omni humano presidio prorsus destitutus, » et hoc quidem modo multis diebus atque noctibus in terram prostratus sub dio, in aperto aere jacuit, absque eo quod quempiam ad compassionem et misericordiam fleere posset.

11. — Venerab. Beda in externa hac pauperis illius derelictione divine providentiæ dispositionem agnoscit, quia illum probare voluit, non solum per paupertatem extremam, verum etiam per penosam mortalemque infirmitatem: « Ut probaretur amplus pauper, simul et hunc et paupertatis et ægritudinis tabescit; » præterquam, quod ut idem Auctor notat, doloris sensus in hoc paupere eo vel maxime angebat, quod miram divitis hujus prosperitatem quolidie oculis suis cogere aspiceret: « Atque insuper videbat procelentem divitem, obsequentibus cuneis felicitati et se in infirmitate et inopia a nullo visitari. » Et quidem si verum est, ut est verissimum, quod scribit: *Patentia opus perfectum habebat, merito Didaeus Stella in hoc paupere admiratur, quod: « Nullam querelam, nullam in Deum contumeliam effudit, nec nullum impatientiæ indicium extulit; sic facient electi, qui gloriantur in tribulationibus suis. »*

12. — Porro Deus, per hæc Lazaro immissa ulcera, spirituales illius saltem consolidare, nec non epulonæ spiritualem profectum omni studio procurare satagebat, siquidem ut Hugo Cardinalis considerat: « Solent ulcera infirmorum visa magis provocare affectum inveniunt, a quibus, qui avertit oculos impius est; » qualem se hic dives esse clare satis probavit, quia ut Glossa notat: « Hujus ulcera dives fastidiosus exhorret; » redditque nauseæ hujus rationem, ne scilicet per ulcerum horum aspectum delicias et voluptates suas turbaret: « Ne inter pretiosas epulas, unguentatos convivas, fetorem ulcerum lambentibus canibus sustineat. »

13. — Chrysologus autem per sublime ingenium suum, super hæc fetentia cæteroguin ulcera, suavem quamdam fragrantiam effudit, dum ait: « Deus, qui obturatis auribus unius oris nil erat vox clamantis, ad aperendum cor divitis, totum corpus pauperi vulneribus aperit, ut in admo-

« nendo divite tot essent pauperis ora, quod vul-
« nera, solvunt viscera, ulcera producunt, hia-
« tus vulnerum dilatatur, sanies effunditur et tota
« pauperis caro componitur in scœnam pietatis, ut
« quum vox esurientis non-moverat, suspiria, dolo-
« res, gemitus et tota ærumnarum congeries mo-
« veret. »

14. — Per hæc quoque Lazari ad celestem
beatitudinem electi ulcera intelligere possumus
penitentiam alicujus, qui ut animæ salutem recipiat,
peccatorum suorum vulnera sacerdoti manifestat.
Unde Hugo Cardinalis ait : « Ulcera, quæ in
« cute exterius virus ostendunt, peccata sunt per
« confessionem aperta ; et istorum est maxime mi-
« serendum, qui peccata propria confitentur, illi
« enim sanari appetunt, qui vulnera detegunt et
« ostendunt. »

VERBUS 21.

*Cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa
divitis et nemo illi dabat; sed et canes veniebant
et lingebant ulcera ejus.*

*Cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa
divitis.*

1. — Non obstante, quod hic pauperulus mendicus se ex fame deficere videret, attamen ne micæ quidem panis, quæ cadebant de mensa divitis, adeoque quæ interituræ erant, postulare ab eo præsumpsit, adeo patiens, modestus et in Deum resignatus erat: *Cupiens*; desiderabat quidem, nullam tamen eas poscendo facit instantiam. Unde Janse-nius ait : « Quodque summa cum modestia tantum
« de micis saturari cuperet, nec tantillum quidem
« importunitate obtinere contendens, sed miseræ
« suæ ostentatione potius quam clamore mendi-
« cans. Micis seu fragmentis panis, » inquit Lucas
Brugensis, « non sumptuosius ferculis, sed de micis,
« quibus saturabantur canes, quæ cadebant, vel
« canibus relinquebantur, vel peribant; » adducit-
que auctoritatem Titii Bostrensis, ita scribentis :
« Ad placendam inedia nihil aliud expetens quam
« micæ, quæ de divitis mensa temere cadebant; »
adeoque reliquæ quæ peribant, quæque nihil æstimabantur, pauperulum hunc sustentare, imo re-
creare poterant; dives vero e contra in illa micarum
debite facta distributione, centuplicatam quandam
in celo annonam invenire poterat. Unde S. Thomas,
in Cat., ait : « Quasi dicat pauper : Quod projecit de
« mensa, hoc præbe in elemosynam; fac damna
« lucrum. » In multis utique, qui in hoc sæculo
felicitate prosperantur, comminatio illa Davidica,
Ps. cvi, 41, adimplebitur: *Omnis iniquitas opprobriabit
os suum*. Quod enim excusationis loco respondere
poterunt, quod videbunt, quod micis et luxum
suorum superfluitatibus cœlum sibi lucrare potue-
rint, pauperibus beneficiando, ipsi vero hisce fal-

cones, vel equos, aut canes, aut similia animalia
impiiissime præterierint? Mendicis contentus erat
micis illis, eademque Deo sufficiebant, ut erga
illum vicissim misericordiam exerceret et tamen,
Nemo illi dabat. Quod superest, inquit Deus, *dote
pauperibus*. Albertus Magnus ait : « Si petisset de-
« licias, forte non immerito non exaudisset, quia
« non decent pauperem delicia. Unde Augustinus
« de sermone Domini in monte ait : Non cogantur
« divites pauperum cibis uti; edant delicata, dent
« pauperibus superflua; edant pretiosa, dent pau-
« peribus vilia; et quidem pauperum sunt reliquiae,
« non delicia, non oblectamenta, sed fragmenta. »
Didacus Stella se in hoc proposito continere nequit,
quin adversus ejusmodi divites exclamet : « O
« ingentem ignorantiam, omnibusque hominibus
« merito deplorandam, quam parvis de rebus con-
« demnentur mortales, ne videlicet exigua sibi a
« Deo imposita præcepta adimpleant. » Pergit de-
um idem Auctor demonstrare, quod multi pau-
peres ex fragmentis et mensarum nostrarum reli-
quis, quas abjicimus, sustentari possent. Adducitque
illam in libro Ruth, n. 16, recensitam historiam, in
qua refertur, quod Booz Ruth spicas a messoribus
suis in agro relictas colligentem videns, data opera
isdem messoribus præcepit, ut ex manipulis
quosdam studio cadere in agrum permitterent, ut
in ipsius usum eedere possent : « Eodem modo
« deberent et divites facere, multas de mensis suis
« de industria pauperibus relinquentes, de quibus
« sustententur, reliquias. »

Et nemo illi dabat.

2. — Albertus Magnus ait : « Nec Dominus, nec
« famulus, quia qualis erat Dominus, tales sibi
« quæsit ministros; » imo non solum Dominus,
domi suæ genio suo conformes habebat ministros,
verum etiam hi, ut se tanto intimius in Domini sui
gratiam insinuarent, omnem tyrannidem adversus
pauperem illum exercebant, ita enim in idibus
sive aulis Magnatum fieri solet.

3. — S. Bonaventura pauperem hunc dicit
lamentari potuisse, cum Isaia, *LXXI*, dicendo : *Cir-
cumspecti et non erant mirabatur; quæsitivi et non fuit
qui adjuvaret*. Chrysologus, *Serm. cxxi*, viscera
divitis hujus, ob duritiam, ferrea appellat : « Pur-
« pura, bysso, delicatis vestibus, epulis blandis
« ferrea viscera crudelis anima nutriebat; » et
tamen is spectaculum hoc adeo compassivum ob
oculos positum habebat, unde ad pietatem moveri
debuisset : « Quem Deus humane salutis avidus
« inquisitor emollire cupiens, non tam Lazarum,
« quam ipsum pietatis conflatorium, ejus projecit
« ad Janam. » Nonnulli inveniuntur homines,
inquit S. Ambrosius, *lib. VIII in Luc.*, adeo inhu-
mani, ut in alienis miseris potius gaudent, quam
quod de illarum sublevamine cogitent : « Ut de

« miseris pauperum incentiva sua capiant volup-
« tatum, rideant inopem et quorum misereri de-
« beant, his auferant. »

4. — Beda dicit, divitem hunc, non propter
furta, rapinas, lites injustas, vel ob detentas alio-
rum facultates, sed propter denegatum pauperi in
ejus necessitate subsidium fuisse condemnatum.
Unde hanc deducti consequentiam dicens : « Hinc
« ergo, hinc summopere colligendum est, qua
« pena mulandus sit, qui aliena diripit, si in-
« fermi damnatione punitur, qui propria non largi-
« tur. »

5. — Lucas Brugensis tuto affirmari posse dicit,
quod si dives ille miserabilem hunc Lazarum per
charitatem sublevasset, Deus eidem forsitan intem-
perantiæ suæ excessum clementer condonaturus
fuisset : « Si erga calamitosum humanus fuisset ac-
« benignus, facile illi Deus intemperantiæ vitium
« condonasset et Lazarum eum secum in sinu
« Abrahæ, consequenterque in regnum cœlorum
« abstraxisset. » In vitis Patrum de famoso illo
avaro, cui nomen Petrus Tolonearius erat, refertur,
quod, quia pauperi panem licet invitus et cum
furore elargitus fuerat, Deus illi visionem ostende-
rit, quæ ejus ad Deum conversionis motum fuit,
posteaque tandem in virum, summa sanctitate præ-
ditum evasit.

6. — Verum inquirat hic aliquis, quenam causa
fuerit, quod cum a divite hoc solum dandum erat,
quod pro conservanda vita Lazari necessarium erat,
imo quod alias foras projectum deberit, hoc ta-
men illi dare abnuerit? Chrysologus, *Ser. cxxi*,
dicit : « Verum est, quod dives cum nec micæ dare
« potest, semper avarus eget. » Verum aliud quod-
dam motivum hujus Didaci Stella tangit; hic enim
postquam quæsitisset causam, cur dives ille, qui in
vestium pompam, conviviorum luxum, aulæ majes-
tatem et quævis alia adeo effusus et prodigus fuit,
mannas postea ad pietatem pauperibus exhibendam,
adeo strictas habuerit, ut ne micæ quidem de
mensa cadentes mendico illi erogari, tandem id
factum esse respondit, quia ut in luxu, fastu et
pompa excedere posset, licitum sibi esse judicavit,
ibi se parcum exhibere, ubi ipsum liberalem esse
conveniens, imo necessarium erat. Id quod hodie
multi divites eheu imitari non dubitant, qui ele-
emosynas dare et quæcumque alia ad animæ salu-
tem pertinentia præstare negligunt, ad juxta libi-
tatem et arbitrium suum vivere possint. Hoc namque
sine divitiis suas non solum dispensant, sed et pro-
digaliter effundunt et velut sterora a se projiciunt;
ut honeste alicujus puellæ honestati insidiantur,
multa scutorum millia prodigere non verentur, cum
tamen ad ejusdem honorem sartum tectum conser-
vandam, vel ad eam Deo desponsandam, ne dena-
rium quidem se habere simulent; ingens auri et
argenti summa in convivium instaurandum ab eis

impenditur, illicque qui præ fame mori cogitur, mu-
cidam panis frustulum denegabitur.

Sed et canes veniebant, et lingebant ulcera ejus.

7. — Enimvero in tantis angustiis et miseris
Lazarus positus erat, ut vix illi tante vires fuerint,
ut, sicut Enthyminus optime notat, canes a se arce-
re aut abigere posset : « Adeo debilis erat corpore, ut
« neque canes posset abigere; » omnibusque in
tantum odio, nausæe et contemptui erat, « quod
« nec dignus habitus est in conspectu divitis, »
inquit Albertus Magnus, « a quo canes prohiberen-
« tur; et in hoc notatur nimia duritia et inhumani-
« tas, hominem videre canibus expositum, et canes
« ab eo non prohibere. » Lucas Brugensis canes illi
poenam et dolorem extremum attulisse censet :
« Dolore non modico afflictiabant nudum et imbel-
« lem. » Qui etiam observat, quod, tametsi canes
ad lingendum hominem ulceratum vivum appropin-
quare non ausint, nisi ab eo fuerint accessit ap-
pau-
triat, hi tamen ultro ad Lazarum accessit appau-
triat, « Tanquam ad projectum nudumque cadaver,
« ut saniem et sanguinem lingerent, quod libenter
« vescuntur. » Idem quoque inter alias ærumnas,
quibus Lazarus repletus erat, hanc recenset, quod
videlicet ipsos etiam canes crudelis divitis hujus,
suis vulneribus et cruciatibus pascere et reficere
debuerit : « Erat ei novis hic dolor ferendus, quæ
« canibus divitis solatium præbebat, a quo ipse ne
« canum quidem conditionem poterat obtinere. »

8. — Albertus Magnus impiorum et crudelium
divitum proverbium esse dicit, quod dum pauperi-
bus maledicere volunt : « Optant eos tradi canibus
« ad devorandum; » observat autem, quod huic
diviti ex divina dispensatione acciderit, quod con-
versum est hoc in lenimentum pauperis et diviti in
cumulum damnationis. Ratio ejus est : « quia lingua
« canum medicinalis est et mundat vulnera a putre-
« dine. » Idem quoque motivum a Chrysologo
adducitur, dum hi hunc Eplonem reprehendens,
ita eum alloquitur : « Miser dives, si panem non
« dedisti, quare vel canes abigere noluit? Sed
« mitiores te canes tui, imo tu sævior canibus tuis;
« nam te sævientem illi parent, qui non ad morsum
« dentes, sed linguam ad obsequium sic producant,
« ut in modum spongiæ non vexent vulnera, sed
« delergant. »

9. — Videmus per quotidianam experientiam,
quod canes, in pauperes magna cum rabie insilire
et allatrare solent, eos præcipue, quos vestibus
laceris vestitos et seminudos esse vident, quasi
timeant, ne panem illis subripiant, dum enim illos
a Domino suo panem accipere conspiciunt, ne tan-
dem panis illis defecturus sit, timeant; hi autem
talem suspicionem habere nequeunt, quia ipso quide-
m *cupiens saturari de micis, quæ cadebant de
mensa et nemo illi dabat*. Titus Bostrensis canes illos,

meliori quo poterant modo, ei adblanditos fuisse dicit: « Facebant hoc canes eo quo poterant sensu, vicem dolentes Lazari, curamque illius, qui ab omnibus desertus erat, amice suscipientes, nec non vulnera ejusdem benevole medicorum more foventes. »

10. — Didacus Stella canes hosce Lazaro adblandientes demiratus, continere se nequit, quin hominibus sevitiam et impietatem ipsorum exprobraret; cum enim canibus proprium sit allatrare et mordere peregrinos, viatores persequi, iisque, quos non cognoscunt, aditum in domum præpedire; verumtamen erga Lazarum in hac occasione mira exhibuerunt charitatis et compassionis opera. « O crudes homines, » inquit, « qui simitis canes, quod vobis incumbit, officium exequi pietatis, pudeat vos sic crudes esse! »

11. — Albertus Magnus canes hos Lazarum ferociter et cum solita rabie in principio quidem aggressos esse existimat; at tamen subito ex ordinatione et dispositione divina factos fuisse mansuetos, ad eum modum, quo leones se erga Danielem miles exhibuerunt et obsequiosos.

12. — Sacri quoque interpretes, pauperuli hujus erga canes charitatem admirantur, utpote qui initio erga ipsum adeo de feroces et crudes cum allatrando exhibuerant. Chrysostomus, *Serm. cxxi*, ait: « Dives pauperem nec cadentibus de mensa micis pascit, et Lazarus pauper, quia aliud non habebat, etiam de canibus suis, canibus humanis extulit. » Albertus Magnus ne canes quidem micis de mensa Epulonis cadentibus gaudere potuisse existimat, tametsi hæc communiter in ipsorum alimentum cadere soleant: « Nam et catelli edunt de micis, quo cadunt de mensa Dominorum suorum: Adhuc autem pauper liberaliter fuit canibus divitis, cibans eos suo humore et cruore, cui dives avarus negavit cibum canum. »

13. — Jansenius, *cap. xcvi*, porro circa eadem verba aliam quamdam et valde ingeniosam reflexionem facit, cujus sunt hæc sequentia verba: « Potest etiam aliter intelligi, ipsos canes divitis, a paupere, qui conditionem canum pecebat, assecutos fructum et voluntatem, ut cum ipse non posset cum canibus saturari, canes tamen ab ipsius malo saturarentur et reficerentur; » ostendit vero demum, canes lingendo ulcera Lazari non ex charitatis, sed proprii interesse motivo inductos fuisse: « Non enim lingebant ejus ulcera, quo ei benefecerent, sed qui inde eis bene erat. »

14. — Albertus Magnus ad allegoriam transiens, id nostris sæculis adimpleri considerat: « Canes enim venatici ordines sunt prædicantium, qui non expectant domi, sed veniunt ad pauperes et lingunt ulcera peccatorum suorum, habentes in ore latratum prædicationis. »

15. — Hugo Cardinalis id ipsum ad omnes Præ-

dicatores Evangelicos extendit sequentibus verbis: « Habet canis in ore latratum, in dentibus morsum, in lingua medicamentum; sic bonus prædicator et bonus confessor, et quilibet spiritualium bonorum administrator, debet habere hæc tria; latratu est verbum exhortationis; morsus verbum oburgationis; lingue medicamentum, verbum consolationis. »

VERSUS 22.

Factum est autem, ut moreretur mendicis et portaretur ab Angelis in sinum Abrahe; mortuus est autem et dives, et sepultus est in inferno.

Factum est autem, ut moreretur mendicis.

1. — Hugo Cardinalis hanc S. Luca phrasim: *Factum est autem, ut moreretur*, observat et dicit: « A quo factum est? A Deo vocante ad gloriam et a miseria liberante. Unde potest dicere illud Psal. cxxxii, 7: *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.* »

2. — Didacus Stella accurate hoc loco se reflectit ad id, quod scilicet Christus sapientia Patris, prius divitis vitam descripsit et postea pauperis; adeoque divitem pauperi anteposuit, sed tunc solum, cum de presenti vita tractaret; quia in hac vita secundum legem mundi hujus, divites quovis in loco præcedentiam habent, non vero sic egit quoad mortem utriusque: « Dum de his in vita functis narrationem incipit, narratio pauperis præponitur, quia pauperes divitibus in alia vita præponuntur. »

3. — Quantum judicia humana a Dei arbitrio differunt? Etenim si quis hunc pauperulum mendicum a capite ad pedes usque ulceribus plenum, nudum in platea publica humi jacentem, canibus quaquaversum cinctum, præ nimia fame agonizantem et morientem vidisset, quemnam sibi de eo formaturus fuisset conceperit? et tamen ipsismet æternæ et primæ Veritatis ore canonizatus fuit. Jansenius, *ibid.*, mysterium aperit, cur Lazarus prius mortuus fuerit, dives autem prosperitate continua et superabundanti affluens, diuturno tempore vivus post ipsum remanserit; dicit enim: « Magis enim festinat Dei benignitas afflicto ex more doloribus et æterna quiete donare, quam ipsius justitia festinet, felices in hoc mundo eripere ex sua felicitate et æternis tradere crucialibus; » expectat enim eos ad penitentiam. »

Et portaretur ab Angelis.

4. — Hugo Cardinalis Lazari mendicitatem et totalem desolationem considerans, ita circa hæc verba scribit: « Forte non habuit alios portatores. » Theophylactus Christum per hoc Angelorum obsequium et comitatum nobis insinuare voluisse arbi-

tratur, quod afflictiones, que in hac vita patienter a nobis sufferuntur, liberalissimam in hora mortis remunerationem accipiant: « Ut doceat eos, qui affliguntur, quam bene habituri sint pro his, que hic sustinent; » etenim circa illum, circum quem antea nonnisi canum latratu audiebantur et qui solis canibus circumdatus erat, ecce tibi hodie Angelicæ militiae e celo expeditur exercitus, ut ei obsequantur, ejusque exequias suavissimis suis prosequantur cantibus, ejusque animam in æternæ beatitudinis depositum deportent. Unde Chrysostomus, *Serm. cxxi*, ait: « In obsequium divitis migrat hic tota civitas, cum funus effertur, pauper vadit solus, pauperem duorum portat miseratio bajulorum; merito ei mox Angelicæ officia, merito divina deputantur obsequia, cui tam crudeliter negata sunt ipsa humanitatis extrema, funus divitis antecedit lugubris turba servorum, fere tram pauperis præcedit Angelorum psallentium multitudo. »

5. — Non quidem credidisses, uti existimo, inquit Albertus Magnus, Lazarum opus habiturum fuisse, ut a beatis illis spiritibus deportaretur, utpote cui merita ipsius propria ad eum in fortunatum illum sinum deportandum sufficere poterant: « Non quidem quod indigeret, qui propriis subvehebatur meritis, sed Angeli congratulationem in comitata ostendebant, quod simpliciter et recte consilii eorum et custodiis operam virus dedisset. » Chrysostomus ait: « Ne ambulans laboraret, portabatur ab Angelis, » moxque rationem reddit, cur non solum unum Angelum, sed cælestes illos Epheos in magno numero ad eum deportandum submisserit, cum tamen unus tantum Angelus, sicuti ad amplissimas celorum sphaeras circumvolvendas abunde sufficit, ita quoque ad animam aliquam in celos usque deferendam sufficere potuisset, nimirum: « Non suffecerat ad portandum pauperem unus Angelus, sed propterea plures veniunt, ut chorum lætitiæ faciant. » Imo non solum cælestis illa Ierosolyma ab omnibus, ut ita dicam, spiritibus beatis exinanita fuit eo fine, ut solemnem ei præberent in celos comitatum, verum etiam ob ambitosam devotionem, qua quilibet illum sacrosanctum cadaver illud contingere et bajulare contendebat: « Gaudet unusquisque Angelus; tantum onus tangere, libenter talibus operibus prægravantur, ut ducant homines ad regna celorum. »

6. — Cajetanus ex Lazari deportatione ab Angelorum exercitu in sinu usque Abrahe facta, colligit, qualiter animæ ab hujus vite vinculis solute, earumque merita ipsis mediantibus ad judicium et tribunal Altissimi usque deducantur: « Significatur per hoc meritum Lazari oblatio coram divino judicio; rationabile siquidem est, Angelorum officio merita justorum colligi in morte. »

7. — Ehem, quam subito mutatur vite humane lubrica scena. Etenim de divite paulo post dicitur: *Sepultus est in inferno*, de hoc autem miserabili mendicio textus hodierni Evangelii dicit: *Factum est autem*, etc., ubi Chrysostomus, *Conc. n. de Lazar.*, ait: « Vidistis illum in vestibulo divitis, videte eundem hodie in sinu Abrahe; vidistis illum, cum a canibus circumlingeretur, videte eum ab Angelis stipatum; vidistis illum in paupertate, videte nunc in deliciis. »

In sinum Abrahe.

8. — Titus Bostrensis meritorum et sanctitatis ejus eminentiam arguit, siquidem cum ab Angelorum choris directe in sinum usque Abrahe deportatum cernimus, absque eo quod vel minimam in purgatorio moram traxerit; sed quid mirum si id ei contigerit felicitatis, qui tot annis in lujus vite miseris et paupertate vixit? Nam ut B. Laurentius Justinianus, *de paup.*, *cap. iii*, ait: « Paupertas est caminus purgans et eliminans sordes vitiorum. »

9. — Chrysostomus verbum *sinum*, expendit, *Hom. cit.*; neque enim ipsum prope sanctam Patriarcham, sed in sinu Abrahe delatum esse dicit: « Ut illum refocillaret, ut illum quasi clementissimus teneret in sinu et recrearet. »

10. — Lucas Brugensis ex hac historia clarum esse dicit, quod ii, qui in hac vite infirmis paupertate, cunctisque aliis ærumnis affliguntur, atque velut peripsemata mundi a cunctis deserunt, non ideo continuo a Deo derelicti censeantur: « Videmus, quam pretiosa anima, in quam fetido ac putrido corpore latuerit, que ab Angelis in beatam vitam delata sit; sed quoniam merito? an eo solo, quod pauper fuerit hac vita? non; sed recte significatur ita fuisse pauperem, ut timeat Deum, ut paupertatem; et ærumnas æquanimiter tulerit, tanquam profectas a Dei manu, nemini convicium dixerit, aut male precatus fuerit, nec diviti ipsi; non obmurmuraverit, non providentiam Dei accusaverit, sed patientia probatus, opus perfectum consummaverit. »

Mortuus est autem et dives.

11. — Valde mysticus modus est, quo sapientissimus Magister noster primo de morte Lazari, postea vero de Epulonis interitu locutus fuit. Etenim de illo dicit: *Factum est, ut moreretur*; de hoc vero: *Mortuus est autem*. Præterito perfecto utitur Doctus minus, » inquit Hugo Cardinalis, « ad innuendum, quod dives perfecte est mortuus, non una, sed triplici morte: Prima est corpore, quia Deus separatur ab anima; hæc mortuus fuit, dum vivere; et; secunda natura, quia separatur anima a corpore; tertia est gehennæ, quia separatur anima a gloria. » Enimvero verisimile est, eum ab improviso mortuum fuisse, id quod naturaliter evenire

solet illis, qui continuè crapulae et ebrietati immergi, vitam degunt; hi etenim ex apoplexia ut plurimum mori solent; ac proinde tanto sit credibilis, quod nullum ipsi praesto fuerit penitendi spatium et tempus; neque enim de praecedenti morbo, vel infirmitate, ac languore Scriptura quidquam refert. Porro tam pauperi quam diviti adaptari potest ille Ecclesiastici, xi, 1, textus, nimirum: *O mors, quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis;* et paulo post sequitur: *O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti.*

Et sepultus est in inferno.

12. — Didaeus Stella solito ingenii sui acumine, in usu plurimum positum esse advertit, quod mortui in propria ipsorum parochia sepeliuntur. « Usitatum est unicuique, ut in propria parochia post obitum sepeliatur; jus suum diabolus districtè sibi defendit, nec patitur eum, qui suae debetur parochiae, in alio loco sepeliri. » De hoc autem reprobo divite Epulone, Lyranus testatur, dicens: « Erat diaboli parochianus, ei primitias debens. »

13. — Verum enimvero ex quo haec nulla in Evangelio alia delicti hujus divitis facta est mentio, praeterquam quod erga pauperes avarus fuerit; ideo me extra propositi orbitam iturum non arbitror, si processus ejus criminalis instituat, ad hoc, ut quilibet de Deo vere dicere possit, *Psal. cxvii, 137: Justus es, Domine, et rectum iudicium tuum.*

14. — Et quidem ex eo quod dives satis evidens in se circumtulit aeternae damnationis signaculum; siquidem quando Deus de divitibus sermonem habet, saepe hoc verbo *Vae* utitur, quod aeternae reprobationis comminationem significat. *Amos, vi, 1: Vae, qui opulenti estis. Habac. ii, 6: Vae ei, qui multiplicat non sua, usquequo et aggravat contra se densum lutum! Vae, qui congregat avaritiam. Luc., vi, 24: Verumtamen vae vobis divitibus.* Redemptor noster humano generi apertam de inferno notitiam dare voluit, et prima quidem vice id fit in hac occasione hujus, sive historiae, sive parabolae, quocumque tandem nomine sermone hujus Evangelii appellare placuerit; dum autem divitem hunc in inferno sepultum esse dicit, non illum alienjus blasphemiae, idololatriae, perjurii, sensualitatis, vindictae, aut similibus culpae reum, sed tantum divitem fuisse asserit; quasi per hoc nobis insinuare vellet, quod in divitiis ut plurimum nidificare et fundari soleant cuncti peccatorum excessus. S. Paulinus, *Epist. v,* de hac divitiarum cupiditate ita proinde scribit: « Quae una omnibus armata criminibus, vel si sola nos capiat, et pabulo ad malitiam et homini ad mortem sufficit. » Advertit tamen optime S. Ambrosius, in *c. xix Luc.*, quod non tam divitiarum possessio, sed abusus nos condemnari faciat: « Discant divites, non in facultatibus crimen

« haerere, sed in iis, qui uti nesciunt; nam divitiae « ut impedimenta sunt improbis, ita probis sunt « ad iudicia virtutis. » Unde Lyranus de hoc divite et Jansenius, *c. xxvii*, multo clarior ita scribant: « Bona temporalia in illicitis consumendo, divitibus « sibi ad dispensandum concessis abusus est, ex- « pendens eas tantum ad ambitionem et volupta- « tem. » S. Antonius de Padua hic dicit, quod ex divitiis orta in hoc divite fuerit « superfluitas in « vestibus et cibis; *væ, qui potentes estis ad biben- « dum vinum.* » *Isa., v, 22.* Lyranus divitem hunc horas diaboli auscultasse observat; non dicit, quod illas recitavit, sed quod attentas aures eidem porrexit: « Horas ejus audiendo. » Quales autem hae horae sint, subdit, dum ait: « Cantilenis dissolutis « et malis verbis intendendo. Carnis tantum curam « habuit, » inquit Jansenius; siquidem omne fere studium in eo collocatum habebat, ut corpus suum delicatis ferulis et conviviis excessive lautis saginaret, illudque subtile subtilissima bysso et linteo, superius autem pretiosissima purpura exornaret.

15. — Didaeus Stella notat, de hoc divite dicit, quod sit *sepultus*, quoad Lazarum vero nulla fit sepulturae mentio; cujus haec rationem assignat: « Omnis superbi divitis cura in magnifice con- « struendo corpori sepulchro cernitur; » corpus etenim in hac vita delicate enutrire satagunt, cineres vero et vermes, in quos postea resolvitur, superbis magnificentisque sepulchris et mansoleis includere contendunt, « nec moriens recordatur animae; » adde quod *nee vivens*. Jansenius de hoc Epulone ita scribit: « Negligentissimus salutis animae fuit, ut « qui nec de damno perentium micram cogita- « verit facere lucrum. » Aggravatur insuper ejus damnatio notabiliter ex eo, quod erga pauperem famelicum et moribundum tenax et avarus fuerit; id quod S. Antonius de Padua fuse exponit, dicens: « Quia pauper nonnis unus erat, cui poterat facili- « ter subvenire, quia in extrema paupertate, quia « ulceribus plenus, calamitosus et illum dives « habebat in praesentia. » Chrysologus ait: « Ob « hoc egerat Deus, ut dives pauperis, pauper divitis « in opibus semper memores essent, quatenus vicis- « sim sibi ambo curam de vario languore presta- « rent; hinc est, quod differebatur cura pauperis, « ut dives sumeret de vulnere medicinam. » S. Antonius quoque culpam ejus exinde aggravat, quod Lazarus « non cupiebat magna, sed parvas micas, « quae cadebant de mensa, » et tamen has potius inutiliter desperi sinebat; ac proinde si verum est, uti est verissimum, quod *Misericordiam misericordiam consequentur*, qua ratione fieri poterat, ut dives hic vel minimam, in divinae misericordiae thesauris, pietatis stillam inveniret, qui adeo in hunc pauperem crudelis et inhumanus existeret?

16. — Idem S. Antonius ait damnatum fuisse: « Quia canes obsequium praestabant, cui homo

« subtrahebat. » Jansenius insuper culpam ejus exinde aggravat, quia temporalium bonorum prosperitas eum longe crudeliorem efficiebat, qui alias eundem beneficium in alios esse debebat; ac proinde miratur: « Quod cum magna felicitas mitiores et « benigniores soleat homines reddere, ne in tanta « quidem felicitate commoveretur misericordia erga « tam egregie miserum, ut vel saltem idem benefi- « centiae illi praestaret, quod canibus suis, inhuma- « nior etiam canibus, qui quod potuerunt, misero « praestiterunt lingentes ulcera ejus. »

17. — Quisquis penas et cruciatus divitis hujus assequi vult, prius hujus Evangelii ponderet exordium; siquidem dicit de illo potuit, *Apoc., xviii, 7: Quantum glorificavit se et in delictis suis, tantum datum fuit illi tormenti et luctus.* Chrysologus idipsum optime exponit, *Serm. cxxii*, dum voluptatum ejus paradisi confert et comparat cum erumnis ipsius, quas jam in inferno patitur: « Ipse est, qui « inducitur purpura et bysso; quid est dives? ab « aestu byssus non defendit? purpura non resistit « inferno? remanserunt ista, deseruerunt illa et « ipse nunc nudus sudas, aestus, qui aliquando « insultabas aestibus artificiosa nuditate vestitus. » Contemplerur, seu ut melius dicam, admiremur, quod hic Romae in superbo regiorum Legatorum ingressu se equitaturis fieri et exhiberi videmus. In hoc apparatu multi videntur pannis holoseris, auro argenteoque arte phrygia pretiosissime depictis, contecti, argentum quoque non tantum in frenis mordentes, verum etiam calcantes in soleis, in quorum phaleris nil nisi aurum ubique rutilat, conscant gemmae, adeo ut omnium sibi oculos attrahant, sed quid tandem? die huic apparatusi destinato finito, superbi illis phaleris et ornamentis spoliati in stabulum denuo reducantur, ubi nulla prioris ornatus memoria habita percutiuntur, onerantur, atque in consueta palea et sordibus, praeter continuas, quibus aures eorum quotidie fere obsurdescunt, vociferationes et execrationes cubare coguntur. Idem quoque quoad superbiam et fastum humanum in multis hominibus accidere videtur, qui quoadusque hujus vitae dies durat, ob divitias, nobilitatem, dignitatem, vel dominium, quo profulgent, apud unamquemque in summa sunt veneratione, timore et reverentia; at vero vespertino crepusculo, id est, nocte adveniente, in stabulum recluduntur inferni, ubi omnes illorum haecus perceptae voluptates, dominia et divitiarum ultimum suum finem accipiunt; *Psal. lxxvii, 17: Ne timearis cum dives factus fuerit homo, et cum multiplicata fuerit gloria domus ejus, quoniam cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria domus ejus, sed sola ibi invenient scelorum et iniquitatum commissurarum onera.*

18. — Cajetanus existimat, quod Evangelista, postquam dixisset: *Mortuus est dives et sepultus est* I.

in inferno, firmum faciat punctum. « Fiat hic pun- « tum, » dicit. « Ad cumulum honorum presen- « tium praesentis vitae dives describitur sepultus, « quod de Lazaro non est dictum, non quia inhu- « manus relictus fuit, sed quia non fuit cum honore « sepultus; » post hoc vero punctum adjungendum esse dicit: *Et in inferno elevans oculos*, etc. Chryso- logus vero, *Serm. xi*, scribit: « Quam rerum lamen- « tanda mutatio! pauperem portant Angeli, divi- « tem deglutit infernus. » Et Albertus Magnus ait: « Ecce exequiarum officium a daemonibus presbyteris « impensum, in hoc enim praecipue verum est, quod « dicitur, *Mith., vii, 22: Sine mortuis sepelire mor- « tuos suos.* » Magis autem aperte Chrysostomus idipsum testatur, dum ait: « Nullus autem est, qui « sepelendo diviti ministrare dicatur, ut Lazaro, « eo namque quod in lato itinere delectatus, mul- « tos habuit obsequentes adulatoros, ut pervenit ad « finem privatus est omnibus; simpliciter enim « sequitur: *Et sepultus est in inferno.* » Jansenius ait: « Mortuus est dives et sepultus est, nam pauper « forte nec sepultus. » Verum qualitercumque idipsum acciderit, hoc saltem certum est, ut Didaeus Stella advertit, quod « nihil opus morientem, nihil « voluptates dolentem juvare potuerunt. »

19. — Euthymii hic est opinio, quod de cade- vere pauperis, illud sepultum fuisse, Evangelista non scribat; « eo quod vile esset pauperis sepul- « chrum. » Lucas autem aperte Brugenis quamdam ex S. Augustino sententiam refert, quae inter eas, quas S. Prosper passim ex Augustini operibus collegit, numerum 89 obtinet, quae dicitur: « Sicut « peccatoribus nihil prosunt exequiae sumptuosae, « ita nihil nocent aut viles, aut nullae sanctorum « pauperum sepulturae, idque Lazari exemplo con- « firmat, dicens: Nulla est mentio sepulturae Lazari, « quia vel non fuit sepulturae traditum corpus ejus, « vel contemptum et sine honore abjectum in « foream. »

VERSUS 23.

Elevans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe et Lazarum in sinu ejus. Elevans autem oculos suos cum esset in tormentis.

1. — Valde considerabile est quando illud, quod Evangelista exprimit, dum ait: *Cum esset in tormentis*, per hoc enim insinuat, divitem hunc pridem oculos suos aperuisse, cum esset in tormentis. Albertus Magnus super illa verba ait: « Quia oculos « quos ante culpa clausit, poena aperuit, ut dicit « Gregorius; tunc enim, ut *Job., xvii, 19*, dicitur: « Aperiet oculos suos et nihil inveniet. » Tunc pridem oculos suos ad caelum elevavit, quando iidem hunc laei clausi erant, imo quando in tenebris abyssus constitutus erat: *Dum lucem habetis credite in lucem ut filii lucis sitis*; quando usque vivimus, oculos nostros aperiendi tempus est, aut ad evitandos

antiqui adversarii nostri scopulos et laqueos, cauti et circumspici sinus. Chrysostomus, in *Cat.*, ait : « Non dicit in tormento, sed in tormentis, totus enim in tormentis erat; oculos suos liberos habebat, ut alterius lætitiā possit aspicere, ut magis torqueatur. »

Vidit Abraham a longe.

2. — Non sine mysterio Abraham hic nominatur, quia et de ipso scribitur : *Erat autem dives valde*, et tamen tantum abest, quod hic in inferno sepultus fuerit, ut potius locus ille, in quem animæ electæ ad gloriam depositatæ fuerunt, suum ab ipso nomen accepit; quia ut Chrysologus, *Serm.* 1, observat, « Abraham dives, sed plus humanitate, quam censu; » atque hinc est, quod de hoc epulone dicat : « Vidit Abraham divitiarum consortem, sed humanitatis exortem. » Theophylactus ait : « Propterea non apud alium quemdam justum, sed in sinu Abraham vidit Lazarum, quoniam hospitalis illi fuerat Abraham; ut igitur reprehenderetur « ille in hospitalitas, propterea illum apud Abraham vidit. » Idem quoque ostendit, quanto eum jure ab Abraham præherendi potuerit et dicit : « Ille etiam eos, qui præherant, in domum suam trahabat, hic autem etiam intra domum suam jacentem despiciebat. » Et hæc forte causa est, cur Christus dicat : *Vidit a longe*, utpote qui a charitate et hospitalitate Abraham adeo dissimilis et alienus erat.

3. — S. Bonaventura divitem in majorem suam penam et cruciatum, Abraham et Lazarum vidisse dicit : « Non ad solatium, sed potius ad cumulum tormentorum; » in cujus opinionis confirmationem quamdam S. Gregorii auctoritatem adducit, verisimile esse existimantis, quod nonnulli præciti, ante finale judicium æternam quorundam beatorum in patria visuri sint retributionem : « Ut eos videntes in gaudio, non solum de suo supplicio, verum etiam de eorum bono eruciantur : *Videntes turbantur timore horribili*, etc. *Sap.*, v, 2. »

Et Lazarum in sinu ejus.

4. — Hugo Cardinalis admirabilem hoc loco scenam mutationem observat, dum ait : « Solebat Lazarus esse in tormentis, dives in deliciis, nunc autem e converso; solebat Lazarus medicare a divite, nunc e contrario : Et sicut dives non audiebat Lazarum, ita nec ipse modo auditur. » Hæc historia magnopere illos confortat, qui hic in terris, variis infestantur adversitatibus atque ærumnis. Unde Didacus Stella ait : « Hæc historia, mirum est, quantum piros homines consoletur, vitiosos vero et impios terreat. » Ecce tibi malorum pariter et bonorum retributionem. Lazarus etenim in sinu Abraham conquiescit, epulo vero in profundissima inferni abyssu concrematur.

5. — Euthymius ait : « Ut hospitem Lazarum, apud hospitem Abraham, intuitus dives, osor hospitum, haberet hoc ad confusionem suæ inhospitalitatis. »

VERSUS 24.

Et ipse clamans, dixit : Pater Abraham miserere mei, et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, et refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.

Et ipse clamans, dixit.

1. — S. Bonaventura textum illum Isaie, *Lxxv*, 14, affert, ubi dicitur : *Eccæ servi mei laudabunt præ exultatione cordis et vos clamabitis præ dolore cordis, et præ contritione spiritus ululabitis*; ideoque observat penam divitis perfecte culpæ ejusdem commisitisse, juxta illud, *Prov.*, *xxi*, 13 : *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, et ipse clamabit, et non exaudietur.*

Pater Abraham.

2. — Chrysologus, *Serm.* *xxiii*, dicit : « Modo cognoscit patrem et modo tibi patrem se esse nescit. » Magna etenim divitis presumpcio et temeritas fuit, quod Abraham patris nomine appellare non dubitavit, qui ab ejus pietate, charitate et hospitalitate tantopere degeneraverat. Salvianus Episcopus Massiliensis de malis Christianis ita scribit : « Magis per nomen sacratissimum rei sumus, quam quia a nomine sacratissimo discrepamus. » Hugo Cardinalis ait : « Hæc est illa sera penitentia, in qua fatuæ virgines clamant : *Aperi nobis*; modo vocat patrem, quem noluit imitari, » citatque Chrysologi auctoritatem dicentis : « Si pius, si hospitalis in pauperes fuisset, filius Abraham esset. »

3. — Theophylactus curiosum quoddam hoc loco movet dubium, querens, cur dives ille non recte recurreret ad Lazarum, sed ad Abraham confugium suum acceperit? Et respondet, ipsum erubuisse, eo quod suam maculaverit conscientiam, timebat enim ne forte mendicis aliquam de ipso vindictam sumpturus fuisset : « Ex suis causis judicabat illum : si enim ego in tanta felicitate frequens, contempsi illum tantis malis coangustatum, multo magis ipse contemptum vindicabit et non annuet, ut mihi beneficium concedat; » et propterea ad Abraham fecit sermonem; putabat enim ignorare, quæ contigissent. »

Miserere mei.

4. — Chrysologus, *Serm.* *lxxvi*, arrogantem hanc et impertinentem petitionem valde admiratur dicens : « Quam misericordiam petis, quam tibi, negando pauperi, tu negasti? » Albertus Magnus pariter scribit : « Misericordiam invocat, qui noluit misereri. » Lucas Brugenis autem in hisce voci-

bus voces alienius agnoscit, qui stitem ostiatim mendicæ, ac proinde exemplo hujus divitis dicere possumus quod « per quæ quis peccat, per hæc et torqueatur; vox pauperis mendicantis, Lazarus in altera vita medicaverat, dives in ista, » prout manifeste videtur ex verbis sequentibus, quibus unicam duntaxat æquæ stillulam mendicabat, et nemo illi dabat.

Et mitte Lazarum.

5. — Notat Chrysostomus, *Hom.* *vii* in *cor.*, quod dives eo tempore, quo Lazarum ante oculos suos positum habebat, illum contempserit et nausearit; nunc vero cum adeo procul ab eo remotus existat, eum invocat et suspirat : « Quem frequenter ingrediens et egrediens non videbat, hunc procul remotum diligenter aspexit; » et vere tunc tempus videndi erat, non vero modo. Dives vero tunc in Lazarum oculos figere cepit, dum Lazarus in centro est omnis felicitatis, quando vero eundem unico duntaxat panis frustulo a morte salvare poterat, eum abhorrebat et a se repudiabat. Ehem quot Principes, quot superbi et fastuosi epulones in inferni perpetuis ardoribus cremabantur, eo quod ipsi pauperes despexerint maleque tractarint, quos ipsi proinde in deliciarum æternarum refertissima mensa accubentes conspiciant, quando ipsi indigni esse censentur, qui vel de minimis mense illius locupletissimæ reliquis participes fiant; quia potius ut Psalmista, *Ps.* *lxxviii*, 7, illis prædixit : *Famen patientur ut canes*, dicentque, *Sap.*, v, 3 : *Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum et in similitudinem improprie, ecce quomodo computati sunt inter filios Dei.*

6. — Observandus quoque hic est imperiosus loquendi modus, quo Lazarum ab Abrahamo mitti jubet. Dicit enim *mitte*, non vero : *Rogo ut mittas*; etenim domi suæ servis et ministris imperare et promptam ab illis obedientiam accipere assueverat. Unde videre est, quod habitus malos, quibus hic in terra assuevit, ad sepulchrum usque deferamus, nec unquam deseremus; postulat quoque dives, ut Lazarus ad ipsum veniat, ac si servus et minister ejus esset, et tamen *vidit Lazarum in sinu Abraham.*

7. — Erant in sinu illo tot Veteris Testamenti Patriarchæ totque alii sanctitate insignes viri, cur igitur dives ille auxilium sibi implorans, inter tot alios sanctos soli Lazaro se supplicem sistit, quem in vita sua adeo indignis modis tractaverat? Lucas Brugenis ait : « Rogat mitti Lazarum, quia alium in illo sanctorum spirituum loco non noverat, » quia enim cum solis parasitis, adulatoribus, moribus, aliisque similis farinæ sociis tractare et conversari assueverat, nullius servi Dei vel minimam notitiam habebat; unde credibile est, illum ne quidem prima religionis et cultus divini principia habuisse perspecta.

8. — Porro sacri interpretis Lazarus charitatem certatim admirantur. Albertus Magnus ait : « In quo notatur istius mendicæ charitas, a quo etiam is, qui eum offendit misericordiam negando, presumit invenire misericordiam; » satis dives iste, mendicum hunc de eorum numero esse intelligebat, quibus Saluator insinuat : *Beneficite his qui oderunt vos*. Lucas Brugenis divitem hunc omnino sibi persuasum habuisse dicit, Lazarum sibi postulatam ab eo consolationem nequaquam denegaturum fuisse : « Quanquam ipse nihil unquam in Lazarum beneficii contulisset, tamen injuriæ immemorem a beneficiis non fore alienum, præsertim patre Abraham jubente. »

9. — Didacus Stella hoc loco querit, cur dives iste non potius subsidium ab iis sibi impendi postulari, qui in hac vita quondam fuere divites, v. g. a Davide, Josepho, Jacob, Isaac, Job, aliisque similibus; aut vero cur non potius eos sollicitavit, qui in hac vita summa in paupertate vixerant, verbi causa, ab Eliâ, Eliseo, Abdia, Jeremia, Amos, vel Michea, etc. Tandem vero responsum ad hanc difficultatem in promptu esse dicit et facile, si consideretur « Lazarum diviti illi in specialem animæ salutem injunctum fuisse, quod dives, quanquam igne æterno detinebatur, secum reputans, non abs re in morte, quod in vita amiserat, egregium salutis suæ juvenem exoptabat. » At vero tempus opportunitum juvandi illum jam transierat, in vita potius, hoc subsidio uti debuisset; *II Cor.*, *vi*, 2 : *Eccæ nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.*

10. — Juxta multorum expositionum satis probatam opinionem, asserere quoque possumus, quod dives iste, sicuti in vita adversus Lazarum crudelis fuerat, ita quoque odium et sinistri affectus venenum istud etiam post mortem conservavit; trita etenim regula est, quod dicitur : « Qui sic vivit, sic moritur; » arbor dum cæditur, ad quæcumque demum partem ceciderit, ibi semper manet. Et ideo Albertus Magnus ingeniose observat, quod non petierit hanc sibi ab Abraham gratiam fieri, ut ad Lazarum conveniendum admitti posset, sed potius rogavit, ut Lazarus veniret ad ipsum; sed quoniam in loco positum? *Septulcus est in inferno*; sed potius « Lazarum ad se mitti postulat, ut eum, cui durus fuerat in vita, etiam nunc a regno in infernum deponeret. » Chrysologus divitem hunc ex pauperulli hujus felicitate perspecta, invidiæ stimulus agitata hæc dixisse existimat : « Zelo magis incensus ditur, quam gehenna; est illis incendum non ferendum, » invidis nimirum, « quod aliquando habere contemplant, videre felices; adhuc divitem malitia non deserit, quod detinet pœna. »

David a Saul, gloriæ et applausus sui amulo, persecutionibus exagittatus, lamentabatur, *Psal.* *xvii*, 6, dicens : *Dolores inferni circumdederunt me*, ubi S. Augustinus legit : *Doloris invidia*.

11. — Hugo Cardinalis ad sensum morealem recurrens, dicit : « Nec orat dives, ut ducatur ad Lazarum, sed quod Lazarus ad ipsum veniat; in quo significatur quidam peccator, qui cum in peccatis suis remanet, alios pro se orare implorant et ipsi seipso juvare nolunt. »

Ut intingat extremum digiti sui in aquam.

12. — Ecce quoniam sine tandem adeo lauta convivio, crapulae et ebrietates, et in nectaris et ambrosiae mari continuata mansio, claudi soleant : *Dives cum dormierit, nihil secum auferet, quin potius apprehendet eum quasi aquae inopia, Job., xvii, 19, 20;* quia juxta proportionem gaudiorum, voluptatum et felicitatis hujus vitae, dum homo illis abutitur succedent ærumnae et tormenta aeterna. S. Augustinus, *Serm. cxxvii de temp.*, dicit : « Pauper beatitudinem emit mendicitate, et dives supplicium eorum facultate. » Chrysologus, *Serm. cxxiv*, oculos et memoriam suam in lacus pretiosissimi vini, quo penuria divitis redundabant deligens, ita scribit : « Sibi itaque guttam, qui vini lacus, ut pauper silet, effudit, stilla digiti extremi credidit gehennae flammam extinguere, qui per totam diem ebrietatis non extinxit incendia. » Idem quoque in alio quodam sermone, cxxii scilicet, interrogat : « Ubi sunt torrentes torcularum tuorum; ubi sunt vina ad inopiam pauperis, annostatibus et ipsa temporum oblivione servata? omnia tibi periere, non criminis, qui sitis extremi digiti guttam, quam si vel solam dedisses pauperi, non sitires. Immercordem te gutta, et mica reddidit inhumanum, in quibus totus pauperis et victus consistit et vita. »

13. — Lucas Brugensis optime considerat, ipsum aquam, non vero vinum, aut alium petiisse liquorem : « Quod enim petat, nisi aquam, quae ignis, sitisque extinguatur? quamquam non propter sus extingui precatur, et ex inferno liberari, sed modicam duntaxat refrigerationem efflagitat. » Sed quid? Et haec ipsa, haec ei denegatur. « Sed dicitis dives, » inquit Chrysologus, « ego etsi vinum negavi, aquam peto, puto quod et aquam pariter tu negasti, cui ne ingredereetur janua tua, nec ad tuum puteum perveniret, canes quam plurimos objecisti. » Idem quoque sanctus Doctor in alio quodam sermone, ubi de hoc Evangelio disserit, quanto cum jure ei etiam unica aquae guttula negata fuerit, ostendit : « Siti aquae guttam, qui vini lacus, ut pauper silet, effudit. » Audite obsecro, quidam Chrysostomus, ad hunc epulonem conversus, eidem improperet : « Lazarum videre non dignaberis et nunc digitum ejus desideras; hoc quod petis, tu ei debes facere, dum adhuc viveret. » In eundem quoque sensum S. Gregorius his verbis scribit : « Qui ulcerato pauperi mense sua vel minuta dare noluit, in inferno

positus usque ad minima quaerenda pervenit, nam guttam aquae petivit, qui micam panis negavit. » Ex quibus Venerabilis Beda justitiam divinarum judiciorum optime arguit, dum ait : « Quanta est subtilitas judiciorum Dei, quam districte agitur bonorum actuum malorumque retributio! »

14. — Hugo Cardinalis hanc divitis petitionem alio quodam sensu exponit, dum ait, petitionis illius sensum hunc esse : « Concede mihi minimum meum ritum ad meum refrigerium. » Unde divitem dicere voluisse videtur, quod unicuique tantum gradus, vel unica solummodo claritatis, gratiae et meriti ad comparandam gloriam sufficientis drachma sufficiens futura sit, ad transmutandum totum infernum in amenissimum paradysum; vere elemine dicere possumus, quod gloria eandem proportionem cum se habeat, quam habet gratia cum culpa, jam vero certum est, quod minimis sanctificantis gratiae gradus ad innumera peccata delenda abunde sufficiat; ergo etiam quilibet torrentis illius, qui civitatem Dei plane inundat, stilla, ad totum ignem infernalem extinguendum sufficere, dummodo eo penetrare posset. Unde S. Augustinus ait : « Tanta est dulcedo futurae gloriae, quodsi una stilla in infernum delueret, totam damnatorum amaritudinem induleret. »

15. — S. Gregorius Nyssenus, *Orat. in de Beatit.*, nequaquam decessisse dicit, quod impius ille dives, vel minima coelestis nectaris stilla, vel guttula refrigerii : « Ideo misericordiam implorata, non auditur, non quia una gutta de magno paradisi fonte deprompta, damnosa esset, sed quia misericordiae stilla commisceri, atque communicari cum inhumanitate non potest, qualia enim semper naverit homo, talia et metet. » S. Augustinus temerarium hunc divitem acriter his verbis reprehendit, dicens : « Qua fronte quaeris guttam, qui noluit porrigere micam? » pergitque ostendere, quanto cum jure pretendere potuisset, quicquid postulabat, si ad minus erogando micam liberalis fuisset : « Juste nunc exigeres, si dedisses. » Salvianus divitem hunc ad hoc ut saltem ad horam in hisce cruciatibus refrigerium aliquod obtinere potuisset, libenter dicit voluisse omnem substantiam suam tradere. » Reges pro habendo in hisce tormentis vel unius momenti refrigerio, libenter atque sceptris, coronas, una cum monarchiis suis deserturi essent.

16. — Albertus Magnus ad verba illa : *Extremum digiti sese reflectens*, illa ita exponit : « Extremum digiti aliquid est munus et consolatio Spiritus Sancti, quia Spiritus Sanctus est Dei digitus. » Non enim de digito manus Lazari loqui intendebat, probe namque sciebat, illum ei in igne illo parum refrigerii conferre posse : « Bene vidit, quod digitus Lazari nullus ibi fiat, et scivit quod talis corporalis digitus contra flammam inferni

nihil conferebat; unde petivit adjutorium gratiae Spiritus Sancti, ut in aquam gratiae Spiritus Sancti intingat extremum digiti, » cum enim nullum haberet meritum, parum poposcit : « Parum cepit et ideo parvo contentus fuisse refrigerio. »

17. — Hugo Cardinalis similiter per hunc digitum, gratiam Spiritus Sancti intelligit, indeque moralitatem quamdam a priori differentem deducit, dum ait : « Cum autem digitus sit Spiritus Sanctus, quid est extremum digiti nisi gratia in extremis? unde extremum digiti intingitur in aqua; et datur petenti, cum peccatori datur gratia in fine; » pergit demum ostendere, digitum hunc tres in se juncturas sive articulos habere : « Prima est gratia justificans; secunda conservans; tertia consumans, id est, finalis; multi non multum curant de primis duobus, sed tertiam postulant, quantum possunt, id est, bonum finem, gratiam finalem, hoc est enim petere extremum digiti. » At vero quod aliquid ambobus pedibus in inferno consistat, ex signo evidentiore non colligitur, quam dum aliquis salutis suae spem ad usque cervicem, in quo moritur, reservat.

Et refrigeret linguam meam.

18. — S. Bonaventura causam declarat, cur dives hic inter omnes tormenta subjecti corporis sui partes specialiter de lingua mentionem faciat, dum ait : « Quia ipsa in culpis est, quasi fomes totius iniquitatis. *Jacob., iii, 5; Lingua medicum quidem membrum est et magna exaltat, ecce quantum ignis, quam magnam scytam incendit, et lingua ignis est universalis iniquitatis.* »

19. — Jansenius causam poenae, quam dives in lingua patiebatur, culpae ab eadem in oburgando et conviciando Lazaro, commissae attribuit : « Per eam forte petulantius incessans pauperem; » id quod haud dubie a S. Augustino didicit, in quo haec verba diu ante ipsum exarata reperio; dicit enim, *Serm. cxxvii de temp.*, hic S. Doctor : « Ideo in lingua majorem sentit ardorem, quia per eam superbie loquendo contempserat pauperem; ipsa enim lingua, quae noluerat dicere, ut elemosina pauperi daretur, gravis gehennae flammis exurit. » In eadem quoque opinione Chrysologus esse videtur, ait enim : « Magis lingua uritur, ardet, aestuat, quae insultavit pauperi, quae misericordiam denegavit. »

20. — Lyranus ait : « In lingua plus cruciatur, quia per eam plus peccaverat. » Duplici praecipue fini lingua deservit, nimirum ad ciborum degustandum saporem et suavitatem; et ad loquendum : hic autem epulo multarum transgressionum reus fuit, tam in crapula, quam in loquacitate; de gula, res extra controversiam existit, siquidem epulabatur quotidie splendide, quantum vero ad loquacitatem res clara esse videtur, quia inter epulas splendide

das, magis relaxatur lingua ad loquendum inepta. Glossa Interlinearis ait : « In hoc nota, quia sicut mos est, etiam inter convivia loquacitati studuit. »

21. — S. Bonaventura ait : « Haec praecedit ad judicium, quae praecessit ad peccatum; haec primo degustat cruciatum, quae pretiosos cibos et odoriferam pocula degustavit, secundum illud : *Per quem quis peccat, per haec et torquetur. Sap., xi, 17.* »

VERSUS 25.

Et dixit illi Abraham : Fili recordare, quia receperisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala; nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.

Fili,

1. — Observat Theophylactus Abrahamum divitem hunc nequaquam duris aut rigidis verbis exepisse : « Non dixit : inhumane et crudelis, non erubescis? misericordiae nunc recordaris? sed quomodo? sed dixit : *Fili*; vide compatientem et sanctum; dicit enim et sapiens quidam : Animam humiliatam ne turbaveris. » Sanctus hic Patriarcha in ipso benignius tractando, fecit, quod potuit ceterum, namque ipsum in nulla alia re consolari potuit : « Quod possum, hoc tibi communico, commpatientem scilicet vocem. » Jansenius, *op. xviii*, similiter quoque observationem habet; dicit enim : « Blande compellat, non designatum appellare filium, ut intelligamus hinc, sanctorum piium etiam contra damnatos affectum et discamus vicissim et nos afflictos etiam juste non incescere, quibus digni sunt nominibus. »

2. — Chrysologus Abraham pietatem admiratur, qui filium appellare non fuit designatus, qui ob suam crudelitatem ab eo turpiter adeo denegaverit : « Sed vocat filium, » inquit, « ut magis magisque filii prodatur impietas, quando cum tali etiam, paterni sermonis pietas perseverat. Tu vocas Patrem, ego voco filium, ut te graviter doleas perdidisse, quod natus est. »

Recordare, quia receperisti bona in vita tua.

3. — Glossa Abrahamum dicere voluisse existimat; momento, quod in hujus vitae gaudiis et vanitatibus paradysum tuum repositum haberis : « Omne enim gaudium, felicitatem transitoriam putasti; » ac proinde illam Dei invitantis vocem frustra praetendens aut expectas, quae dicit : *Intra in gaudium Domini tui.*

4. — Albertus Magnus ait : « Alius sensus est, quod receperit in vita bona, quae reputavit sola bona et beatitudinem suam. » S. Bernardus sapienter ponderat, Abrahamum nullum epulonem improbrasse crimen, sed solum ei dixisse : *Recordare*, etc. Unde idem mellifluus Doctor dicit : « Haecine cruciatum causa tota, quod in hoc

« saeculo bona receipt? Ita plane; neque enim ad « hoc nos de Paradiso voluptatis animadversio « divina ejicisse videtur, ut sibi hic paradisi « adinventio humana pararet. » Idem quoque suavissimus Doctor in quadam Epistolarum suarum dicit, nos homines per felicitates terrenas, ut plurimum, a caelestibus et aeternis excludi: « O saeculum « nequam, » inquit, « quod solos tuos sic soles « beare amicos, ut Dei facias inimicos, consequenter « et indignos concilio beatorum. » Idem quoque ingeniose observat, Abrahamum diviti non dixisse, bona illa quibus in hac vita frui fuerat, per lucra iniqua, extorsiones aut rapinas comparata fuisse: « Receipti, dixit, non rapuisti, ne etiam de hoc « tibi frustra blandiaris, quod tuis contentus, alia « non rapias; » siquidem etiam divitiae justo titulo acquisite et possessae, magnum saepe numero sunt vitii incentivum scopulosque nobis in hujus mundi mari obijciunt, ad quos allidentes, in inferni abyssum usque naufragemur. S. Bernardinus in proposito de hoc epulone scribens, ait: « Sicut fulgur « tonitrua portat, ita prosperitas supplicia sempiterna praenuntiat. » S. Augustinus aliam quandam ponderationem ingeniosam pariter et moralem adducit, dum ait: « Dives erat, non dixit calumniator, non dixit pauperum oppressor, non dixit « pupillarum expoliator, viduarum persecutor. » Idem quoque alibi dicit: « Cum ei dicitur, receipti « bona in vita tua, illud tangitur, quia felicitatem « dilexit saeculi, nec aliam vitam praeter istam, in « qua superbus tumbat, adamavit. »

5. — Jansenius argumentum quoddam efformat, quod usurariis omnibusque aliis, facultates iniquo lucro comparatas, possidentibus ingentem potest pavorem et tremorem incutere. Dicit enim: « Hic « observandum, quod si inferni damnatione percussatur, qui propria largitus non erat, qua poena « plectendus sit, qui aliena rapit? si damnatus est, « qui suis bonis ad corporis curam usus est, nec « alicujus sceleris arguitur, quid futurum iis, qui « sese horrendis contaminant immunditiis, impietatibus et injustitiis? »

6. — Theophylactus observat, Abrahamum non dixisse: « Accepisti, sed receipti: Et quare non « dixit accepisti, sed receipti? recipere enim de « his dicere solemus, qui suscipiunt quod eis debetur. Discimus igitur, quod licet quidam facinorosi sint et in extremam pervenerint malitiam, « nonnunquam tamen unum quoddam, vel duo « bona opera faciunt, unde et ipsi habentes bona « quaedam, quae in presenti vitae prosperitate « capiunt, recipere dicuntur, » ac proinde ad hoc propositum, valde opportunum est illud S. Gregorii, *Hom. xlviii in Ev.*, monitum, dicentis: « Quaecumque ergo in hoc saeculo bene habetis, cum vos « bona egisse recollitis, valde de ipsis pertimescite, « ne concessa vobis prosperitas eorundem remunere

« ratio sit bonorum. » Cajetanus super haec verba, vocem *tua*, hic desicere dicit, ideoque legendum esse putat: « *Bona tua in vita tua*, ac si aperte dicat: « Recordare, quod si quid meruisti boni, receipti, « antequam moreris, unde non superes tibi boni « aliquid recipiendum; significantibus autem dicit: « Bona tua, hoc est, a te concupita. »

7. — Hugo Cardinalis Abrahamum epuloni huic delectationes et felicitatem vitae superioris in memoriam revocasse putat, eo tantum fine, ut majus poenis ejus incrementum adiceret: « Auger afflictionem; hoc est enim quod maxime cruciat damnatos, scilicet praeteritarum deliciarum recordatio, « quas mallent non habuisse; » unde Boetius ait: « Infelicissimum genus infortunii est fuisse felicem. »

8. — Idem quoque purpuratus Doctor in ordine ad bona hujus vitae, distinctionem adducit justos inter et reprobos; dicit enim: « *Bona tua*, id est, « qua putabas tuam beatitudinem: sic mali recipienti bona in vita, id est, quae videtur esse bona; » non vero sic intelligendum est de iis, qui ad gloriam sunt predestinati: de his enim dicit: « Justi non recipiunt bona, id est, quae recipiunt, vel quae videantur eis bona, quia non recipiunt ea pro compensatione meritorum. »

Et Lazarus similiter mala.

9. — Valde consideranda sunt verba illa S. Bonaventurae, in *Luc.*, dicentis: « Receipti mala ad « tempus, ad purgandum mala culpae et ad inquirendum bona felicitatis aeternae. » Paupertas etenim, infirmitas, ulcera, fames et tot aliae adversitates, libenti animo a Lazaro toleratae, breves fuerunt et ad tempus medicum tantum durantes, eique hic in terris purgatorii loco inservierunt, pro cuius culpis ab eo commissis, fueruntque ei loco monetae ad comparandam sibi beatitudinem aeternam.

10. — Chrysostomus advertit, Lazarum armillas et miserias suas nec quicquam aestimasse; dicit enim: « Non quod Lazarus ea mala putaverit, sed « ex censura divitis haec dicebat, qui inopiam et « famem et aegritudinem aestimabat mala. » Lazarus autem miserias illas in interiori cordis sui Dei aestimabat blanditias, imo thesauros ad beatum illud regnum ei concessos. Unde S. Jacobus, 1, 2, ait: « *Omne gaudium existimate fratres mei, cum in varias tentationes incideritis.* » Notandum quoque hic est verbum *similiter*; per hoc namque innuitur, quod eodem cum gaudio, quo dives sibi in conviviis, purpuris, divitiis, deliciis, cunctisque aliis complacbat, Lazarus pariter paupertate, fame, ulceribus, emeticisque aliis miseris suis gaviscus fuerit.

Nunc vero hic consolatur.

11. — Chrysologus, *Serm. lxxvi*, consolationem ponderat quam pauperulus mendicus ille in altera

vita recipit: « Receipti pro doloribus requiem, pro « opprobrio gloriam, pro contumelias honorem, pro « despectu gratiam, pro poenis immortalitatem, pro « vulneribus praemia, pro siti refrigerii fontem, « pro fame caelestis mensae delicias sempiternas. »

Tu vero cruciaris.

12. — Lucas Brugensis delicias, quas epulo in hac vita habuerat, cruciatibus confert alterius vitae, dicens: « Pro superbis rebus habes tartarum, pro « variis deliciis, multiplicia tormenta, pro joeis et « cantationibus aeternum ejulatum. » Chrysologus pariter ad hunc reprobum conversus, ita eum alloquitur: « Tu fulgens quondam purpura tegere « fimo, pro cocino vestire flammis, pro molli discubitu sustine tormentorum dura, pro lautis ferulis epulare poenas, ebrietates siti digere. »

13. — Ac proinde Didaeus Stella opportune nos interrogat, quid facturi essemus, si optio nobis daretur eligendi, ut vel cum divite felices, vel cum paupere mendico ulcerosi, aliisque infinitis miseris simus obnoxii? « Si ostenderentur tibi duo viri, « unus polens purpuratus et magna comitante caetera, et alius egenus, mendicus, ulceribus plenus, « et daretur tibi optio, uter istorum esse velles? « credo, quod velles esse dives, nam omnes cupiunt divites esse; » magnopere autem te in hac electione falli, paulo post his verbis ostendit: « Sed « quam debile sit hominum iudicium, haec historia « ostendit. *Mortuus est dives et sepultus est in inferno.* »

VERSUS 26.

Et in his omnibus inter nos et vos, chaos magnum firmatum est, ut hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde hac transire.

Et in his omnibus inter nos et vos, chaos magnum firmatum est.

1. — Lucas Brugensis chaos istud de immensa, quae caelum et centrum terrae, in quo est infernus, intercedit distantia, exponendum esse censet: « Immensus nunc hiatus seu intervallum est inter « supremum caelum, sedem beatorum et centrum « terrae carcerem reproborum. »

2. — Jansenius per hoc chaos, decretorum divinarum intelligit immutabilitatem: « Quod si spectatum exprimi quis quaerat, quid per hiatus « illum magnum sic intelligendum, recte dicitur « significari firmissimum Dei statutum, in modum « hiatus, prohibens horum et illorum permixtionem ut sit sensus: Firmissimo et immutabili decreto Dei sic sumus nos a vobis separati, ut hi, « qui volunt hinc transire ad vos non possint. »

3. — Dionysius Carthusianus per hunc loquendi modum, infinitam intelligit distantiam, quae inter-

cedit inter merita et gloriam beatorum et demerita ac poenas reproborum, sicut etiam circa loca et status eorumdem: « Id est, grandis distantia meritorum est, statum et locorum. »

4. — Jansenius quoque per hanc phrasim, Abrahamum epuloni aeternam quandam a consortio electorum separationem intimare voluisse existimat: « Significatur diviti notificationem, aeternam « fore reproborum a beatis separationem, ac refrigerii nullam esse damnatis spem. »

Ut hi, qui volunt transire ad vos, non possint.

5. — Non quod gaudium beati propter cruciatum infernalium aspectum, ulla ratione turbetur; nam ut Glossa ait: « Non fuscet beatitudinem « aspecta poena reproborum, quia ubi jam compositio passio miseriae non erit, minuire bonorum laetitia non valebit; et licet justis sua gaudia sufficiant, ad majorem tamen gloriam vident poenas « malorum; » quas per gratiam evaserunt. » Chrysostomus proinde de beatis scribit: « Nos videmus « quod fugerimus, vos quod perdidistis, nostram « gaudia cumulans vestra tormenta et vestra tormenta nostra gaudia. »

6. — S. Ambrosius, in *Cat.*, ait: « Quia post « mortem nequeunt merita mutari. » De qua beatitudinis firmitate et stabilitate regius Psalmista festimatum his verbis perhibet, *Psal. xlvii, 7*, dum ait: *Ego dixi in abundantia mea: non movebor in aeternum.* Hugo Cardinalis ait: « Ex una parte inflexibilis justitia Dei et immutabilis exigentia « meritorum; ex alia scilicet, quia nec illi possunt « mereri vitam aeternam, nec boni mortem aeternam; non sic in hac vita, nam et boni possunt « fieri mali et mali boni. »

7. — Beda dubium quidem non esse dicit, quia reprobis, qui sunt in inferno, omnis in caelum aditus praclusus sit; at vero simul non aequè perspicuum esse declarat, quomodo animae beatae aditus ad infernum negotur, quia tametsi beati ad infernum descenderent, non ideo a divinae essentiae visione et fruitione impediendi essent: « Sed sicut « transire reprobi ad electos cupiunt, id est, a suppliciorum suorum afflictione migrare, ita ad « afflictos et in tormentis positos transire, justorum est, mente ire per misericordiam, eosque « velle liberare; sed qui volunt de beatorum sede « ad afflictos atque in tormentis positos transire non possunt, quia justorum animae, quamvis in « suae naturae bonitate misericordiam habeant, jam « tunc auctoris sui justitiae conjuncta rectitudine « constringuntur, ut nulla ad reprobos compassione « moveantur. » Cajetanus hanc impossibilitatem in animabus illis beatis non defectu aut poenis illorum adscribendum esse dicit: « Non est impotentia « haec aliqua, non est ademptio libertatis animabus existentibus in limbo, sed immutabilitas vo-

« Iustitiam firmatam in conformitate ad voluntatem
« divinae iustitiae. »

VERSUS 27.

*Et ait: Rogo ergo te, Pater, ut mittas eum in
domum patris mei.*

1. — Cajetanus reprobi illius hypocrisim detegit, dum illum hoc non ex zelo salutis fratrum suorum dicere ostendit, prout alicui videri potuisset; cuius rationem satis efficacem reddit, nimirum: « Quoniam niam damnati habent voluntatem firmatam ad malum; » et ideo petitionem hanc ex superbia derivatam fuisse existimat: « Superbus enim videns se dejectum in miseriam, quamvis omnes vellet esse miseros, similes sibi, aut mihi superiores se, videns tamen aliquos evasuros miseriam, appetit suos esse, ut vel sic, in suis exaltetur. » Verumtamen alii interpretes petitionem hanc invidiam et crudelitati ipsius attribunt. Hugo Cardinalis ait: « Notatur divitis crudelitas erga Lazarum, quem petit exire de requie, qui semper fuit in labore: nec est credendum, quod vellet Lazarum suscitari ad vitam mortalem, cum Dominus devisse legatur, quando Lazarum suscitavit iterum moriturum. » Chrysologus in ipso malignitatem, zeli et pietatis pretextibus ab eo palliatam agnoscit, dicens: « Sub specie pietatis ad pristina vulnera, ad praeteritos gemitus Lazarum vult redire, quem prima petitione ad suos devotum care non potuit cruciatum; ante dixit: mitte ad me; modo dicit: mitte ad fratres meos. » Idem in alio quodam sermone pariter scribit: « Scitur, quia plus te felicitas Lazari, quam gehennae torquet incendium; » idemque ad locum, quo Lazarum mitti postulabat, scilicet ad domum ejus se reflectens, ita scribit: « In domum, ante quam bene jacuit Lazarus, ante illam januam, in qua fame sua inhumanitatis tuae titulos fixit, ubi postes a tuos suis ulceribus lauravit, ubi sanie sua pinxit micas tuas. »

VERSUS 28.

Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum.

1. — Glossa ait: « Serius dives iste magister incipit esse, jam nec discendi tempus haberet, nec docendi. » At vero, ut bene Didaeus Stella observat, nequaquam id desiderio salutis ipsorum dicebat. « Noluit fratrum conversionem ex dilectione Dei, nec ex dilectione proximi; » siquidem charitas in damnatis locum non habet: neque enim petit, ut Lazarus ad illos mitteretur ad monendum eos, ne malum ipsius imitarentur exemplum, aut ne Deum offenderent, sed ne et ipsi ad infernum detruderentur; certum namque est, quod ex reproborum multiplicitate, cujuslibet damnati poena acci-

dentalis notabiliter accrescat. Unde S. Bernardus, *Epist. cxi*, dicit, quod id dixerit, « Timens procul dubio ex suorum cruciata aegeri suum. » Lyraeus ait: « Quia fuerat eis occasio peccandi, tum ratione divitiarum, quas eis dimiserat ad usum, tum exemplo male vitae, quod eis dederat; » non vero urgebatur zelo, ut non offenderent Deum.

2. — Verisimile porro est, hosce fratres eadem fuisse pie inquinatos, siquidem eos quoque in eodem quo ipse degebat harathro expectabat. Lucas Brugenensis ait: « Ad cumulum temporariae felicitatis fecerat, quod fultus esset quinque dilecti fratres; » bus, non minoribus, quam ipse divitiis, deliciis, pompisque florentibus. » Hugo Cardinalis mysticum horum fratrum numerum advertit, dicens: « Ideo forsitan quinque, quia quinque sensuum voluptatibus intendebant fratres ejus, sicut ipse prius; sic mulier Samaritana dicitur habuisse quinque viros. »

3. — Fuerat hic dives alias totaliter carni et sanguini deditus, prout inordinatus ipsius erga corpus proprium, nec non erga cognatos ipsius affectus satis demonstrat. Unde S. Bonaventura ait: « Hæc petitio erat carnalis, quia solum ad fratres se extendit. » Vener. Beda ait: « Ut ergo peccatores amplius in supplicio puniantur, et eorum vident gloriam, quos contempserunt et de illorum etiam pena torquentur, quos intulit amaverunt. » Idipsum quoque S. Gregorius a S. Bonaventura in horum verborum expositione citatus, asserit.

4. — Chrysologus, *Serm. cxxiii*, cavendum nobis esse dicit, ne verba illa divitem ex charitatis motivo dixisse putemus; nam « cui pius, qui sibi se impius imprudenter presumpsit alii imperare poenitentiam, qui sibi tam crudeliter ad veniam nil providit? Et putas, quod quinque fratribus tuis sufficiat Lazarus, qui tibi tanto tempore tot vulneribus suis toto clamans corpore nihil profecit? »

5. — Hugo Cardinalis illum quoque pravi iudicii fuisse notat, dum fratres suos poenam ejus evadere potuisse credidit, quos culpam suam participes esse novit: « Notatur divitis fatuitas, qui non putabat eos socios fore in poena, qui fuerant socii in culpa. »

VERSUS 29.

Et ait illi Abraham: Habent Moyses et prophetas, audiunt illos.

1. — S. Bonaventura sensum verborum illorum esse dicit: « Habent doctrinam legis et Prophetarum; » adducitque illum S. Petri, *II Ep.*, 1, 19, textum, dicentis: *Habetis firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucerna lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat et Lucifer oriatur in cordibus vestris.* Lucas sensum

responsi, ab Abrahamo dati, hunc esse dicit: « Nihil necesse est hac gratia evocare Lazarum a quiete sua et ad vitam mortalem redire; habent fratres tui, sicut caeteri Iudei Doctores et admonitores suos, quos Deus illis providit, qui majorem longe, quam tu illorum curam gerit. »

VERSUS 30.

At ille dicit: Non Pater Abraham, sed si quis ex mortuis verit ad eos, poenitentiam agent.

At ille dicit: Non Pater Abraham, etc.

1. — Abraham, epuloni huic dicenti, ad fratres ejus in modo bene et in timore Dei vivendi erudiendos, Scripturas sacras omnino sufficere, epulo subito replicavit et contradixit, quia ut testatur S. Chrysostomus, exiguum semper libris sacris fidem adhibuit: « Quia enim audiendo Scripturas contemnebat et fabulas esse putabat, ex his, quae passus fuerat, ipse quoque de fratribus dijudicabat. »

2. — Cajetanus reprobi illius instantiam imprudentem fuisse notat: « Petit resurrectionem unius mortui ad suam instantiam fieri; et quod demeritum est, addet docere Abraham dicendo: Non Pater Abraham, sed si quis, etc. »

3. — Hugo Cardinalis arguit illum stultitiam: « Notatur in hoc stultitia divitis et omnium mandanorum, putant enim plus esse credendum mortuis, quam vivis, vel quam Scripturis, etc. »

4. — Lucas Brugenensis existimat, quod, quia dives ille in vita sua admonitiones et exhortationes spirituales, ex libris Moysis aliisque sacris codicibus desumptas contempserat atque irriserat, aliunde vero amatoribus mundi hujus, tormenta in altera vita reservari minime crederat, ideo cum id nunc verum esse propria experientia comprobaret, merito ne fratribus, ob eandem culpam eadem quoque poena eveniret: « Dicebat apud se, quod illi, *Sap.*, 11, 1: *Exiguum et cum tædio est tempus vitae nostrae et non est refrigerium in fine hominis, et non est qui agnibus sit reversus ab inferis: Venite ergo, fruamur bonis, etc.* »

5. — Didaeus Stella considerationem quamdam adducit similem illi, quam paulo ante ex Cajetano retulimus. Dicit enim: « Vide hominem temerarium, qui sanctum Patriarcham docere tentat; sic etiam et nunc multi peccatores impenitentes, confessarios docere volunt, non monita eorum implentes, sed repellentes, vel arguentes. »

6. — S. Bonaventura in hac responsione fratrum ejus carnalitatem demonstrari scribit: « Ut pote qui magis moverentur ad corporalem sustentatio-

« nem, quam ad spirituales revelationem; ostendebat etiam suam et fratrum suorum pervertitatem, ut testimonium hominis mortui preferret testibus divini verbi, contra illud Isaie, *viii*, 19 et 20: *Nunquid non populus a Deo suo requirit pro vivis a mortuis? ad legem magis et ad testimonium.* » S. Bonaventura addit: « Requirit visionem. »

VERSUS 31.

Ait illi: Si Moyses et Prophetas non audivimus, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

1. — S. Bonaventura consequentiae istius rationem reddit, nimirum: « Quia qui non credit testimonio magis credibili, nec etiam minus credibili, » adducitque alterius Lazari a Christo resuscitati exemplum, cui increduli Hebraei non crederent, imo qui ex illius resurrectione magis fuerunt adversus Salvatorem exacerbat; siquidem ab illo momento adversus illum conjurantes, ei machinati sunt mortem: « Quia multi propter illum credebant in Jesum; hujus etiam exemplum habemus in Christo, qui etiam suscepto tato Iudaei credere noluerunt. »

2. — Chrysologus ait: « Nihil tam verum, fratres, qui de caelo loquenti per legem, de caelo venienti Christo credere noluit, jam non merebitur credere ab inferis revertenti. »

3. — Cajetanus nos ad hanc Abrahami propositionem bene trutinandam invitat, dicens: « Nota sententiam hanc incredibile, qui dicis: si viderem resuscitatum unum mortuum, facerem, dicerem. Ecce Abraham sententia contra te; quod si Moyses et Prophetas non audis, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credes et vere sic est; quoniam credere donum Dei est, quoniam ponere peccatorum, donum Dei est. »

4. — S. Zeno paucis nos verbis sed valde emphaticis convincit: « Evidenter ostendens, non in oculis esse carnalibus verum, sed in fide creditum constitutum. *II Petr.*, 1, 19: *Habemus memorem propheticum sermonem, etc.* »

5. — Jansenius quoque rationem responsionis Abraham paucis verbis declarat, dicens: « Quod quam vere dictum sit, recta ratio docet, quia ei, qui Moyses et Prophetas suscepit, certior est auctoritas et veritas eorum librorum, quam possent esse ejus, qui a mortuis resurrexerit: ensari enim posset facile, aut phantasma esse aut delirium, cum auctoritatem Moysis constet esse divinam. »